me dñe pane lacrimaꝝ. ⁊ potũ da mihi in lacrimis in
mẽsura. De ꝓsideratiõe hũane miserie. Ca. xxii

Iser es ubicũq̃ fueris ⁊ quocũq̃ te uerteris nisi
ad deũ te ꝓuertas. Quid turbaris quia nõ succe
dit tibi sicut vis ⁊ desideras? Quis est qui hz oia ꝓm
suam uoluntatẽ? Nec ego nec tu nec aliquis. hoim su/
per terram. Nemo est in mundo sine aliqua tribulati
one uel angustia. q̃uis rex sit uel papa. Quis ẽ q̃ me/
liꝰ hz? utiq̃ qui pro deo aliquid pati ualet Dicũt mk
ti imbecilles ⁊ infirmi. Ecce q̃ bonã uitã ille hõ hz q̃
diues q̃ potẽs q̃ excelsus q̃ magnꝰ ⁊ q̃ pulcher. Sz
attende ad celestia bona ⁊ uidebis q̃ oia ista tpalia
nulla sunt. sed ualde incerta ⁊ magis grauantia quia
nunq̃ sine sollicitudine ⁊ timore possidentur. Nõ est
hominis felicitas habere temporalia ad abundanti/
am. sed sufficit ei mediocritas. Vere miseria est viue/
re super terram. Quanto homo uoluerit esse spiritua
lior tanto presens uita fit ei amarior. quia sentit me/
lius ⁊ uidet clarius humane corruptionis defectus.
Nam comedere bibere vigilare dormire quiescere la
borare ⁊ ceteris necessitatibꝰ nature subiacere. Vere
magna miseria est ⁊ afflictio homini deuoto q̃ libẽter

Digitized by Google

esset absolutus ⁊ liber ab omni peccato. Valde enim grauat interior hō necessitatib⁹ corporalib⁹ in hoc mundo. Vnde ꝓpheta deuote rogat quaten⁹ liber ab istis eē ualeat dicens. De necessitatibus meis erue me domine. Sed ve nō cognoscentibus suā miseriam. Et amplius ve illis qui diligunt hanc miseriā ⁊ corruptibilem uitam. Nam in tantū quidam hanc amplectūtur licet etiam uix necessaria laborādo aut meditādo habeāt. ut si hic possent semp uiuere de regno dei nihil curarent. O insani ⁊ infideles corde. qui tam profunde in terris iacent ut nil nisi carnalia sapiāt. Sz miseri adhuc in fine grauiter sentient q̄ vile ⁊ nihilum erat quod amauerunt. Sancti autem dei ⁊ oēs deuoti amici xpi non attenderunt que carni placuerunt. nec que in hoc tempore floruerunt. sed tota spes eorū ⁊ intentio ad eterna bona anhelabat. ferebat totum desiderium eorum ad mansura ⁊ inuisibilia. ne amore visibilium traberent ad infima. Noli frater amittere cōfidentiam proficiendi ad spū alia. adhuc habes tempus ⁊ horā. Quare vis procrastinare ꝓpositum tuū. Surge ⁊ in instanti incipe ⁊ dic. Nunc temp⁹ ē facie/di. nunc tempus est pugnandi. nunc tempus aptū est emendandi. Quādo male habes ⁊ tribularis tūc tempus est promerendi. Oportet te transire per ignē ⁊ aliquam anteqū uenias in refrigerium. Nisi ubi vim feceris vicium non superabis. Quamdiu istud fragile corp⁹ gerim⁹ sine peccato eē non possum⁹. nec sine tedio et dolore viuere. Libenter haberemus ab omni miseria quietem sz quia p peccatū pdidim⁹ innocentiā amisim⁹ etiā uerā beatitudinē. Ideo oz nos tenere patien/

c

tiam ⁊ dei expectare misericordiā donec transeat iniquitas hec ⁊ mortalitas absorbeat a uita. O quāta fragilitas humana que semper prona ē ad vicia. Hodie ofiteris peccata tua. ⁊ cras iterum perpetras offessa. Nūc proponis cauere ⁊ post horā agis quasi nihil ꝓposuisses. Merito ergo nosipsos humiliar possumus. nec uncq̄ aliquid magni de nobis sentire. qz tam fragiles ⁊ instabiles sumus. Cito etiā pt perdi p negligentiam. quod multo labore vix tandem acquisitum est per grām. Quid fiet de nobis adhuc in fine qui tepescimꝰ tam mane? Ve nobis si sic volumꝰ declinare ad quietem. quasi iam pax sit ⁊ securitas. cum necdum appareat uestigiuz uere sanctitatis in nostra conuersatione. Bene opus eēt q̄ adhuc iterū institueremur tanq̄ boni nouicii ad mores optimos. si forte spes eēt de aliqua futura emendatione ⁊ maiori spūali profectu.

De meditatione mortis. Capi. xxiii.

Aide cito erit tecum hoc factū. Vide aliter quō te habeas. hodie hō est ⁊ cras nō oparet? Cum aūt sublatꝰ fuerit ab oculis. cito etiā trāsit a mente. O ebetudo ⁊ duricia cordis humani q̄ solum presentia meditat ⁊ futura nō magis preuidet. Sic te in omni facto ⁊ cogitatu deberes tenere. quasi statim eēs moriturus. Si bonā oscientiā haberes nō multū mortem timeres. Melius eēt peccata cauere q̄ mortē fugere. Si hodie nō es paratꝰ quō cras eris? Cras ē dies incerta. ⁊ quid scis si crastinū habebis? Quid prodest diu uiuere. quando tam parꝰ emendamur? Ab longa uita non semp emendat. sz sepe culpā magis auget. Vti

nam p vnã diẽ bñ essem⁹ ouersati in hoc mũdo. Mlti annos oputant ouersionis. ſ ſepe paruus ẽ fruct⁹ emendationis. Si formidolosum ẽ mori forsitan periculosi⁹ ẽ diuti⁹ uiuere. Beat⁹ qui horã mortis sue semper ante oculos h⁹. ⁊ ad moriendũ quotidie se disponit. Si uidisti aliquãdo hominẽ mori. cogita q⁹ ⁊ tu per eandẽ uiã transibis. Cũ mane fuerit puta te ad uesperũ non puenturũ. Vespere ãt facto mane nõ audeas tibi polliceri. Semper ergo paratus esto. ⁊ caliter uiue ut nũq̃ te imparatum mors inueniat. Multi subito ⁊ improuise moriunt. nã hora qua non putat filius hominis uenturus ẽ. Cũ illa extrema hora uenerit multũ aliter sentire incipies de tota uita tua preterita. ⁊ ualde dolebis q̃ tã negligẽs ⁊ remiss⁹ fuisti Qꝰ felix ⁊ prudens qui talis nunc inuit. eẽ in uita qualis optat inueniri in morte. Dabit nãq̃ magnam ofidentiam feliciter moriendi perfect⁹ ortẽpt⁹ mũdi. feruẽs desideriũ in uirtutib⁹ ꝓficiendi. amor disciplinę. labor penitẽtie. promptitudo obedientie. abnegatio sui ⁊ supportatio cuiuslibet aduersitatis pro amore xpi Multa bona potes operari dũ san⁹ es. ſ infirmatus nescio quid poteris. Pauci ex infirmitate emendant sic ⁊ qui multum peregrinant raro sanctificant. Noli ofidere sup amicos ⁊ proximos. nec in futuris salutem tuã differas. quia cit⁹ obliuiscent tui homines q̃ estimas. Melius est nunc tempestiue ꝓuidere ⁊ aliquid bom premittere. q̃ super alioꝝ auxilio sperare. Si non es pro tẽpo sollicitus mõ. quis erit pro te sollicitus in futuro. Hũc temp⁹ ẽ ualde ꝓciosum. sed ꝓcdolor q̃ hoc inutili⁹ expẽdis in quo promereri

vales vnde eternaliter uiuas. Veniet qn̄ vnū diē seu
horā pro emendatione desiderabis ⁊ nescio an impe
trabis. Eya carissime de q̄to periculo te poteris libe
rare. de q̄ magno timore eripere. si mō semper timo/
ratus fueris ⁊ de morte suspect9. Studе nunc caliter
uiuere ut in hora mortis ualeas potius gaudere q̄ ti
mere. Disce nunc mori mundo. ut tunc incipias viue
re cum xp̄o. Disce nūc omnia contemnere. ut tūc pos/
sis libere ad xp̄m pergere. Castiga nunc corpus tuuz
per penitentiam ut tunc ualeas certam habere oficien
tiam. Ah stulte quid cogitas te diu victurum. cū nul
lum diem habeas securum. Q̄ multi decepti sunt ⁊ in
sperate de corpore extracti. Quotiens audisti a dicē
tibus. quia ille gladio cecidit. ille submersus est. ille
ab alto ruens ceruicem fregit. ille manducando obri/
guit. ille ludendo finem fecit. alius igne. alius ferro. a
li9 peste. ⁊ ali9 latrocinio periit. ⁊ sic oīm finis mors
est. ⁊ vita hominū tāq̄ vmbra subito pertrāsit. Quis
memorabit tui p9 mortē. ⁊ quis orabit ꝓ te? Age a/
ge nunc carissime quicquid agere potes. qz nescis qn̄
morieris. nescis etiā quid tibi post mortē sequet. Dū
temp9 habes ogrega tibi diuitias immortales. Pre/
ter salutem tuam nihil cogites. solum que dei sunt cu
res Fac nunc tibi amicos uenerando dei sanctos. et
eorū actus imitando. ut cum defeceris in hac uita illi
te recipiant in eterna tabernacula. Serua te tanq̄ pe/
regrinum ⁊ hospitem sup terrā. ad quē nihil spectat d̄
mundi negociis Serua cor liberū ⁊ ad deū sursum ere
ctū. quia nō habes hic manentē ciuitatem. Illuc pre/
ces ⁊ gemit9 quotidianos cum lacrimis dirige. ut spi

Digitized by Google

ritus tuus mereatur post mortem ad dominum Feli/
citer transire Amen.

De iudicio ⁊ penis peccatorꝝ. Capi. xxiiii

O omnibus rebus respice finem. ⁊ qualiter an̄
districtū iudicē stabis cui nihil est occultum. q
muneribus non placat. nec excusationes recipit. ſz qd̄
iustum est iudicabit. O miserrime ⁊ insipiens pecca/
tor quid respondebis deo omnia mala tua sciente. q
interdum formidas vultum hominis irati? Vt quid
non preuides tibi in die iudicii. quando nemo pote
rit per alium excusari uel defendi. sed vnusquisq; suf
ficiens onus erit sibiipsi? Nunc labor tuus est fructuo
sus fletus acceptabilis. gemitus exaudibilis. dolor sati
sfactorius ⁊ purgatiuus. Habet magnum ⁊ salubre pur
gatoriū patiens homo qui suscipiens iniurias plus
dolet de alterius malicia q̄ de sua iniuria. qui ꝓ cō/
trariantibus sibi libenter orat. ⁊ ex corde culpas indul
get qui veniam ab aliis petere non retardat. qui fa/
tilius miseret q̄ irascit. qui sibiipsi violentiā frequē
ter facit. ⁊ carnem suam omnino spiritui subiugare co
nat. Melius est modo purgare peccata ⁊ vicia rese/
care q̄ in futuro purganda reseruare. Vere nosipos
decipimus per inordinatum amorem quem ad car/
nē habemus Quid aliud ille ignis deuorabit nisi pec
cata tua. Q̄to amplius tibiipsi nūc parcis ⁊ carnes se/
queris. tanto durius postea lues. ⁊ maiorē materiā cō/
burendi reseruas. In quibus homo peccauit. in illis
grauius punietur. Ibi accidiosi ardentibus stimulis
purgent. ⁊ gulosi ingenti fame ac siti cruciabunt. Ibi

luxuriosi ⁊ voluptatum amatores ardenti pice ⁊ fe/
tido sulphure perfundent. Et sicut furiosi canes pre
dolore inuidiosi vlulabunt. Nullum vicium erit qd̄
suū proprium cruciatum nō habebit. Ibi superbi ōi
confusione replebunt. ⁊ auari miserrima egestate ar/
cabunt. Ibi erit vna hora grauior in pena q̄ hic cē/
tum anni in grauissima penitentia. Ibi nulla requies
est ⁊ nulla consolatio damnatis. Hic tamen interdu3
cessat a laboribus atq̄ amicoru3 fruit solatiis. Esto
modo sollicitus ⁊ dolens pro peccatis tuis. ut in die
iudicii sis secur9 cum beatis. Tunc em̄ iusti stabūt in
magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerūt
⁊ depresserunt. Tunc stabit ad iudicandum qui mō
se subiicit humiliter iudiciis hominum. Tunc magnā
fiduciam habebit pauper ⁊ humilis. pauebit vndiq̄
superbus. Tunc videbit sapiens in hoc mundo fuis/
se. qui pro xpo didicit stultus ⁊ despectus eē. Tunc
placebit omnis tribulatio patienter perpessa. ⁊ om/
nis iniquitas opilabit os suum. Tunc gaudebit om/
nis deuotus ⁊ merebit omnis irreligiosus. Tunc pl9
exultabit caro afflicta. q̄ si in delicis fuisset semper
nutrita. Tunc splendebit habit9 vilis. ⁊ obtenebres/
cet uestis subtilis. Tunc plus laudabit paupculū do
miciliū. q̄ deauratum palaciu3. Tunc plus iuuabit
constans patientia q̄ omnis mundi potentia. Tunc
ampli9 exaltabit simplex obediēcia. q̄ omnis secula
ris astucia. Tunc plus letificabit pura ⁊ bona consciē
cia. q̄ docta philosophia. Tunc plus ponderabit cō
tempt9 diuitiarum. q̄ totus thesaurus terrigenarum
Tunc magis consolaberis super deuota oratione. q̄

Digitized by Google

super delicata comestiõe. Tunc potius gaudebis de seruato silentio. q̃ de longa fabulatione. Tunc plus valebunt sancta opera. q̃ multa pulchra uerba. Tũc plꝰ placebit stricta uita ⁊ ardua penitentia. q̃ omnis delectatio terrena. Disce nunc in modico pati ut tunc a grauioribus ualeas liberari. Hic primo proba qd possis pati postea. Si nunc tam parꝫ nõ uales sustire. quõ poteris tunc eterna tormẽta sufferre? Si modo modica passio tam impatientem efficit. quid gehenna tũc faciet? Ecce uere nõ potes duo gaudia habere. delectari hic in mundo. ⁊ postea regnare in celo cum xpo Si usq̃ in hodiernum diẽ semp in honoribꝰ ⁊ uoluptatibꝰ uixisses. quid totũ tibi profuisset? si tam in instanti mori contingeret? Omnia ergo uanitas preter amare deum. ⁊ illi soli seruire. Qui em̃ deũ ex toto corde amat. nec mortem nec supplicũ nec iudicium nec infernum metuit. quia perfectus amor securum accessum ad deum facit. Quem autem adhuc peccare delectat. non miꝫ si mortẽ ⁊ iudicium timeat Bonum tamen est ut si necdum amor a malo te reuocat. saltem timor gehennalis coherceat. Qui uero tiorem dei postponit. diu stare in bono nõ ualebit. sed dyaboli laqueos citiꝰ incurret.

De feruenti emendatione totius uite nre. Ca. xxv.

Sto vigilans ⁊ diligens in dei seruitio. ⁊ cogita frequenter ad quid uenisti. ⁊ cur seculum reliquisti. Nonne ut deo uiueres. ⁊ spũalis homo fieres Igit̃ ad profectum ferueas. quia mercedem laboruꝫ tuoꝫ in breui recipies. nec erit tunc amplꝰ timor aut dolor in finibꝰ tuis. Modicuꝫ nũc laborabis ⁊ mag



Digitized by Google

nam requiem immo perpetuam leticiam inuenies. Si tu permanseris fidelis ⁊ feruidus in agendo. deo procul dubio erit fidelis ⁊ locuples in retribuendo. Spē bonam retinere debes q̃ ad palmam peruenies. sz securitatem capere nō oportet ne torpeas aut elatus fias. Cū enim quidā anxio inter metū ⁊ spem frequēter fluctuaret. ⁊ quadam vice merore ofecto in ecclesia ātē quoddam altare se in oratione pstruauisset. hec ī ter se reuoluit dicens. O si scirem q̃ adhuc pseueraturus essem. statimq̃ audiuit intus diuinū rnsum. quid si hoc scires facere uelles? Fac nunc qd̄ tunc facere uelles ⁊ bene securus eris. Moxq̃ consolatus ⁊ cōfortato diuine se omisit uolūtati. ⁊ cessauit āxia fluctuatio. noluitq̃ curiose inuestigare ut sciret que sibi eēnt futura. sed magis studuit īquirere que eēt uoluntas dei beneplacens ⁊ perfecta ad omne opus bonum inchoandum ⁊ perficiendum. Spera ī domino ⁊ fac bonitatem ait ppheta. ⁊ inhabita terram ⁊ pasceris in diuitiis eius. Vnum est quod multos a pfectu ⁊ feruenti emendatione retrahit. horror difficultatis seu labor certaminis. Enimuero illi maxime pre aliis in uirtutib pficiunt. qui ea que sibi magis grauia ⁊ cōtraria sunt uitiis uincere nituntur. Hā ibi homo plo proficit ⁊ grām meret ampliorem ubi magis seipsum uicit ⁊ in spū mortificat. Sed nō oēs hnt eque multū ad uincendum ⁊ moriendū. Diligēs tn̄ emulator valentior erit ad proficiendū etiā si plures habeat passiones q̃ alio hn̄ morigeratus. mino tn̄ feruēs ad uirtutes. Duo tamen specialter ad magnam emendationē iuuāt vicz subtrahere se uiolēter ad qd̄ natura vi

Digitized by Google

ciose inclinat·⁊ feruenter instare pro bono quo ãpli
us qs indiget· Illa etiã studeas magis cauere ⁊ uince
re q̃ tibi frequentiꝰ in aliis displicẽt· Vbiq; ꝓfectuꝫ
tuũ capias ut si bõa exẽpla uideas uꝰ audias ad imi
tandum accendaris· Si quid ãt reprehensibile osidere
raueris· caue ne idẽ facias· aut si aliqñ fecisti citius e
mendare te studeas Sicut oculꝰ tuꝰ alios osiderat sic
itẽq; ab aliis notaris· q̃ iocundũ ⁊ dulce ẽ uidere fer
uidos ⁊ deuotos frẽs bñ morigeratos ⁊ disciplinatos
q̃ triste ẽ ⁊ graue uidere inordinate ambulantes q ea
ad q̃ uocati sunt nõ exercẽt· q̃ nociuũ ẽ negligere vo
cationis sue propositum ⁊ ad non cõmissa sensuꝫ in
clinare· Memor esto arrepti ꝓpositi ⁊ imaginem ci
bi propone crucifixi· Bene verecundari potes inspe
cta vita Jhũ xpi necdum magis illi te oformare stu
duisti licet diu in via dei fuisti· Religiosꝰ qui se intẽ
te ⁊ deuote in sanctissima vita ⁊ passione domini ex
ercet· omnia utilia ⁊ necessaria sibi abundanter ibi in
ueniet· nec opus est vt extra Jhesum aliquid meliꝰ q̃
rat· O si Jhũs crucifixus in cor nostrum ueniret q̃ ci
to ⁊ sufficienter docti essemus· Religiosus feruidus õ
nia bene portat ⁊ capit que illi iubent· Religiosꝰ neg
ligens ⁊ tepidus habet tribulationem super tribula
tionem· ⁊ ex omni parte patit angustiam· quia interi
ori consolatione caret ⁊ exteriorem querere prohibe
tur· Religiosus extra disciplinam uiuens graui ruine
patet· Qui laxiora querit ⁊ remissorta semper in ãgu
stiis erit· Quia aut vnum aut reliquum sibi displice
bit· Quomodo faciunt taꝫ multi alii religiosi. qui sa
tis arti sunt sub disciplina claustrali· Raro exeunt

Digitized by Google

abstracte uiuunt. pauperrime comedunt. grosse uestiunt. multum laborãt. paꝛ loquunt. diu uigilant. mature surgũt. orationes prolongãt. frequenter legũt. et se in omni disciplina custodiunt. Attende cartusienses cisterciense⁊ diuerse religionis monachos ac moniales qualiter omni nocte ad psallendũ domino assurgunt. Et ideo turpe est ut tu deberes in tam sacro opere pigritare. ubi tanta multitudo religiosoꝛ ĩcipit deo iubilare. O si nihil aliud faciendum incũberet nisi dñm deũ nostrũ toto corde ⁊ ore laudare. O si nunq̃ indigeres comedere nec bibere nec dormire. sꝫ semper posses deum laudare. ⁊ solũmodo spũalibꝰ studiis uacare tunc multo felicior eẽs q̃ mõ cuꝫ carni ex qualicũq̃ necessitate seruis. Vtinã non eẽnt iste necessitates sꝫ solũmõ spũales aĩe refectiões. quas deũ satis raro degustamꝰ. Quãdo homo ad hoc peruenit q̃ de nulla creatura ꝛsolationeꝫ suã querit. tunc ei deus primo perfecte sapere incipit. tunc etiam bene contentus de omni euentu rerum erit. tunc nec pro magno letabitur. nec pro modico contristabitur. sed põit se integre ⁊ fiducialiter in deo qui est ei omnia in omnibus. cui nihil utiq̃ perit nec moritur. sed õnia ei uiuunt ⁊ ad nutum incunctanter deseruiunt. Memẽto semper finis. ⁊ quia perditum non redit tempus. Sine sollicitudine ⁊ diligentia nunq̃ acquires uirtutes. Si incipis cepescere. incipies male habere. Si autem dederis te ad feruorem. inuenies magnam pacem. Et sentiet leuiorem laborem propter dei gratiam et uirtutis amorem. Homo feruidus et diligens ad omnia est paratus. Maior labor est resistere vi-

tiis ⁊ passionibus. q̃ corporalibus insudare labori/
bus. Qui paruos nõ vitat defectus. paulatim labit̃
ad maiores. Gaudebis semper vespere. si diem expẽ
das fructuose. Vigila super teipsum. admone teipm
excita teipsum ⁊ quicquid de aliis sit non negligas
teipsum. Tantũ proficies q̃tum tibipsi vim ꝛtuleris

Explicit liber primus. Incipit secundus.

De interna conuersatione. Capi. i.

Egnum dei intra vos est dicit dominus.
Conuertere ex toto corde tuo ad dominũ
⁊ relinque hunc miser̃ mundum ⁊ inuenies
anima tua requiem. Disce exteriora contẽ/
nere ⁊ ad interiora te dare. ⁊ videbis regnum dei in
te venire. Est em̃ regnum dei pax ⁊ gaudium in spiri/
tu sancto q̃ nõ dat̃ impiis. Veniet ad te xp̃s osten
dens tibi ꝯsolationẽ suam. si dignam illi ab int̃ pa/
raueris mansionem. Omnis gloria eius ⁊ decor ab in
tra est ⁊ ibi ꝯplacet sibi. Frequens illi visitatio cũ ho
mine interno. dulcis sermocinatio. grata consolatio.
multa pax. familiaritas stupenda nimis. Eya a/
nima fidelis prepara huic sponso cor tuum quate/
ñ ad te venire ⁊ in te habitare dignet̃. Sic em̃ dicit.
Si quis diligit me sermonẽ meũ seruabit ⁊ ad eũ ve/
niemus ⁊ mansionẽ apud eũ faciem̃. Da ergo xp̃o lo
cum. ⁊ ceteris omnibus nega introitum. Cum xp̃m ha
bueris diues es ⁊ sufficit tibi. Ipe erit ꝓuisor tũ et
fidelis procurator ĩ oib̃. ut nõ sit opus tibi ĩ hoib̃
sperare. homines em̃ cito mutant̃ ⁊ deficiũt uelociter

xp̃s autem manet in eternum ⁊ astat usq; in finem fir
miter. Non est magna fiducia ponenda i homine fra
gili ⁊ mortali·etiam si utilis sit ⁊ dilectus·neq; tristi/
cia multa capienda est ex hoc si interdum aduersetur ⁊
contradicat·Qui hodie tecum sunt·cras contrariari
possunt ⁊ econuerso sepe ut aura uertuntur·Pone to
tam fiduciam tuam in domino·⁊ sit ipse timor tuus ⁊
amor tuus·Ipse pro te respondebit·⁊ faciet bene si/
cut melius fuerit·Non habes hic manentem ciuitatem
⁊ vbicunq; fueris extraneus es ⁊ peregrinus·nec requi
em aliquando habebis·nisi xpo iunctus fueris vnitus
Quid hic circõspicis cum iste non sit locus tue requie
tionis·In celestibus debet esse habitatio tua·⁊ sicut
in transitu cuncta terrena sunt aspicienda·transeunt
omnia ⁊ tu cum eis pariter·Vide vt non inhereas·ne
capiaris ⁊ pereas·Apud altissimum sit cogitatio tua
⁊ deprecatio tua ad xp̃m sine intermissione dirigatur
Si nescis alta speculari ⁊ celestia·requiesce in passiõe
xp̃i ⁊ in sacris vulneribus eius libenter habita·Si e
nim ad vulnera preciosa stigmata Jhesu deuote con
fugis magnam in tribulatione confortationem senti
es·nec multum curabis hominum despectiones·facil/
literq; verba detrahentium perferes·Cristus fuit etiam
in mundo ab hominibus despectus·⁊ in maxima
necessitate a notis ⁊ amicis inter obprobria derelictus
Cristus pati voluit ⁊ despici·⁊ tu audes de aliquo
conqueri·Cristus habuit aduersarios ⁊ obloquentes
res·⁊ tu vis omnes habere amicos ⁊ benefactores.
Vnde coronabit patientia tua si nil aduersitatis oc/
currerit·Si nihil contrariũ vis pati·quomodo tris

Digitized by Google

amicꝰ xpi? Sustine te cũ xpo ⁊ p xpo. si vis regnare cũ xpo Si semel pfecte introisses i interiora Jhũ ⁊ modi cum de ardente eiꝰ amore sapuisses. tũc de ꝓpio cõ modo uel incõmodo nihil curares. sed magis de ob/ probrio illato gauderes. quia amor Jhũ facit homi nem seipm contemnere. Amator Jhũ ⁊ uerꝰ internus ⁊ liber ab affectionibꝰ inordinatis potest se ad deũ li/ bere conuertere ⁊ eleuare se supra seipsuꝫ in spũ affrui tiue quiescere. Cui sapiunt omnia prout sunt nõ ut di cunt aut estimant. hic uere sapiens ē ⁊ doctꝰ magis a deo q̃ ab hominibꝰ. Qui ab itra scit ambulare ⁊ mo dicum res ab extra ponderare non requirit loca. nec tempora expectat ad habenda deuota exercicia. Ho mo internꝰ cito se recolligit quia nunq̃ se totuꝫ ad ex teriora effundit. Non illi obest labor exterior aut oc cupatio ad tempus necessaria. sed sicut res euenĩt sic se illis accõmodat. Qui intus bene dispositus ē ⁊ or/ dinatus. non curat mirabiles ⁊ peruersos hoim gestꝰ Tantum hõ impedit ⁊ distrahitur. quantum sibi res attrahit. Si recte tibi esset ⁊ bene purgatus esses. om nia tibi in bonum cederent ⁊ profectũ. Jdeo multa ti bi displicent ⁊ sepe conturbant. quia adhuc nõ es ti/ biipsi perfecte mortuus nec segregatus ab omnibus terrenis. Nihil sic maculat ⁊ implicat cor hominis. si cut impurus amor in creaturis. Si rẽnuis ꝛsolari ex terius. poteris speculari celestia. ⁊ frequenter hinteriꝰ iubilare.

De humili submissione sub plati regie Ca. ii

On magnpendas qnis pro te uel contra te sic. sed hoc age ⁊ cura vt deus tecum sit in omni

re quam facis. Habeas oscientiā bonā ⁊ deꝰ bene te defensabit. Quem enim adiuuare uoluerit. nulliꝰ peruersitas nocere poterit. Si tu scis tacere ⁊ pati. uidebis proculdubio domini auxilium Ipse nouit tēpus ⁊ modū liberādi te. ⁊ iō debes te illi resignare. Deꝰ ē adiuuare ⁊ ab omni ofusione liberaꝛ. Sepe ualde ꝓdest ad maiorem humilitatē oseruandaz. ꝙ defectus nostros alii scūt ⁊ redarguunt Quādo bō pro defectibus suis se humiliat. tunc faciliter alios placat. et leuiter satisfacit sibi irascentibus. Humilem deꝰ protegit ⁊ liberat. humilem diligit ⁊ consolat. humili homini se inclinat. humili largit gratiam magnam ⁊ pꝰ suam depressionem leuat ad gloriam. humili sua secreta reuelat ⁊ ad se dulciter trahit ⁊ ĩuitat. Humilis accepta contumelia ⁊ confusione satis bn̄ est ĩ pace qz stat in deo ⁊ non in mundo Non reputes te aliquid profecisse nisi omnibus inferiorem te eē sentias.

De bono pacifico homine. Capi. iii.

Vne te primo in pace ⁊ tunc alios poteris pacificare. Homo pacificus plus prodest q̄ bn̄ doctus Homo passionatus etiam bonum in maluz trahit. ⁊ faciliter malum credit. Bonus pacificus homo omnia ad bonum conuertit. Qui bene in pace est. de nullo suspicatur. qui autem male contentus est ⁊ commotus. variis suspicionibus agitatur. nec ipse quiescit. nec alios quiescere permittit. Dicit sepe quod dicere non deberet. et omittit quod sepe sibi magis facere expediret. Considerat ꝙ alii

Facere tenent. ⁊ negligit quod ipse facere tenet. Habe ergo primum zelum super temetipm. tunc zelare poteris etiã iuste proximuz tuũ. Tu benefacta tua scis excusare ⁊ tollerare. ⁊ aliorum non vis recipere excusationes. Justius eẽt ut te accusares. ⁊ fratrẽ tuũ excusares. Si portari vis. porta ⁊ aliũ. Vide q̃ lõge es ad huc a uera caritate ⁊ humilitate que nulli nouit ĩdignari uel irasci nisi tm̃ sibipsi. Hõ est magnũ cũ bonis ⁊ mansuetis conuersari. hoc em̃ omnibus naturaliter placet. ⁊ vnusquisq̃ libenter pacẽ hz. ⁊ secum sentientes magis diligit. Sed cum duris ⁊ peruersis aut indisciplinatis aut nobis contrariantib9 pacifice posse uiuere. magna gratia est ⁊ laudabile nimis virileq̃ factum. Sed sunt qui seipsos in pace tenent. ⁊ cum alis etiam pacem habent. Et sunt qui nec pacem habẽt nec alios in pace dimittũt. Aliis sunt graues. sed sibi sunt semper grauiores. Et sunt qui seipsos in pace retinent. ⁊ ad pacẽ alios reducere studẽt. ⁊ tm̃ tota pax nostra in hac misera uita potiꝰ in humili sufferentia ponenda ẽ q̃ in non sentiendo contraria. Sui melius sat pati. pacem tenebit maiorem. Iste est victor sui. ⁊ dominus mundi. amicus xpi. ⁊ heres celi.

## De pura mente ⁊ simplici intentione. Ca. iiii.

Vabus alis homo subleuatur a terrenis. simplicitate scilicet ⁊ puritate. Simplicitas debet esse in intentione. puritas in affectione. Simplicitas intẽdit deum. puritas apprehendit ⁊ gustat. Nulla bona

actio te impediet. si liber intus ab omni inordinato affectu fueris. Si nihil aliud q̃ dei beneplacitũ ⁊ ꝓximi utilitatẽ intendis ⁊ queris interna libertate fruaris. Si rectum cor tuũ eẽt. tũc omnis creatura speculum vite ⁊ liber sancte doctrine eẽt. Non ẽ creatura tam parua ⁊ vilis que bonitatem dei nõ representet Si tu eẽs intus bonus ⁊ purus. tunc omnia sine impedimento videres ⁊ caperes bene. Cor puruz penetrat celum ⁊ infernum. Qualis vnusquisq; intꝰ est taliter iudicat exterius. Si est gaudium in mundo hoc vtiq; possidet puri cordis homo. Et si ẽ alicubi tribulatõ ⁊ angustia. hoc melius nouit mala conscientia. Sicut ferrum missum in ignem amittit rubiginẽ ⁊ totum candens efficit. sic homo ad deũ se integre ouertẽs a corpore exuit ⁊ in nouum hoĩem transmutat. Qñ hõ incipit tepescere tunc paruũ metuit laborẽ. ⁊ libẽter externam accipit consolationem. Sed quando perfecte incipit se vincere ⁊ viriliter in via dei ambulare tunc munꝰ ea reputat. que sibi priꝰ grauia eẽ sentiebat.

De propria consideratione. Capi. v.

On possumꝰ nobisipsis nimis credere. quia sepe nobis grã deest ⁊ sensus Modicum lumen ẽ in nobis. ⁊ hoc cito per negligentiam amittimꝰ. Sepe etiam non aduertimus q̃ tam ceci intus sumꝰ. Sepe male agimus ⁊ peius excusamus. ⁊ passione interdum mouemur ⁊ zelum putamus. Parua in aliis reprehendimus. ⁊ nostra maiora pertransimus. Satis cito sentimus ⁊ põderamus quod ab alius sustinemꝰ sed quantum alii a nobis sustinent non aduertimus. Qui bene ⁊ recte sua ponderaret nõ eẽt quod de alio

Digitized by Google

ponderaret non esset quod de alio grauiter iudicar⁊
Internus homo sibiipsius curam omnibus curis an/
teponit. ⁊ qui sibiipsi diligenter intendit faciliter de
aliis tacet. Nunq̃ eris internus ⁊ deuotus nisi de alie
nis silueris. ⁊ ad teipsum specialiter respexeris. Si ti/
bi ⁊ deo totaliter intendis. modicum te mouebit qd̃
foris percipis. Vbi es quando tibiipsi pñs nõ es. et
quando omnia percurristi quid te neglecto ꝓfecisti
Si debes habere pacem ⁊ vnionem uerã o⁊ q̃ totum
adhuc postponas ⁊ te solum pre oculis habeas Nil
cum proinde proficies si te feriatum ab omni tempo
rali cura conserues. Valde deficies si aliquid tempo
rale reputaueris. Nil altum nil magnum nil gratum
nil acceptũ tibi sit. nisi pure dei aut de deo sit. Totũ
vanum estima quicquid ꝓsolationis occurrit de ali/
qua creatura. Amans deum anima sub deo despicit
vniuersa. Solus deus eternus ⁊ immensus implẽs õ/
nia solaciũ ẽ anime ⁊ vera cordis letitia.

De letitia bone conscientie. Capi. vi.

Loria boni hominis testimonium bone cõsciẽ
tie est. Habe bonam ꝓscientiam. ⁊ semper habe
bis letitiam. Bona ꝓscientia ualde multa potest por
tare. ⁊ ualde leta est inter aduersa. Mala conscientia
semper timida est ⁊ inquieta. Suauiter requiesces si
te cor tuum non reprehenderit. Noli letari nisi cũ bñ
feceris. Mali nunq̃ habent uerã letitiã. nec interna⁊
sentiunt pacem. quia nõ est pax impiis dicit domin⁊
Et si dixerint. in pace sumus. non venient super nos
mala. ⁊ quis nobis nocere audebit?. Ne credas eis.



Digitized by Google

quoniam repente exurget ira dei ⁊ in nihilum redigē
tur actus eorum. ⁊ cogitationes eorum peribunt.
Gloriari in tribulatione non est graue amanti. sic enim
gloriari est in cruce domini gloriari. Breuis gloria q̄
ab hominibus dat⁹ ⁊ accipit⁹. Mundi gloriam semp
comitat⁹ tristicia. Bonorum gloria in ꝓscientiis eorū
⁊ non in ore hominum. Justorum leticia de deo ⁊ in
deo est. ⁊ gaudium eorum de ueritate. Qui ueram et
eternam gloriam desiderat temporalē non curat. Et
qui temporalem querit gloriam aut non ex animo ꝓ
temnit. minus amare conuincit⁹ celestem. Magnaz hz
cordis tranquillitatem qui nec laudes curat nec viru
peria facile erit contentus ⁊ pacatus. cuius conscientia
munda est. Hō es sanctior si lauderis nec uilior si ui
tupereris. Qd̄ es hoc es nec maior dici uales q̄ deo
teste sis. Si attendis quid apud te sis intus. non cura
bis quid de te loquant⁹ hoies foris. Hō uidet ī facie
deus autem in corde. Homo considerat actus. deus
pensat intentiones. Bene semper agere ⁊ modicuz de
se tenere humilis anime indiciuz ē. Nolle cōsolari ab
aliqua creatura magne puritatis ⁊ interne fiducie in/
dicium ē. Qui nullum extrinsecus pro se testimoniuz
querit. liquet q̄ se deo totaliter ꝓmisit. Non enim qui
seipsum commendat ille probatus est ait beatus pau
lus. sed quem deꝰ ꝓmendat. Ambulare cū deo intus.
nec aliqua affectione teneri foris. statꝰ ē ītermi hois.

De amore Jhū super omnia. Capi. vii.

Digitized by Google

Eatus qui intelligit quid sit amare Jhm̃. ⁊ contemnere seipsum ꝓpter Jhm̃. Oportet dilectũ pro dilecto relinquere. quia Jhũs vult solus super omnia amari. Dilectio creature fallax ⁊ instabilis. dilectio Jhũ fidelis ⁊ perseuerabilis. Qui adheret creature. cadet cum labili. qui amplectit Jhm̃ firmabitur in euum. Illum dilige ⁊ amicũ tene tibi qui omnibus recedentib9 te nõ derelinquet nec patiet in fine perire. Ab hominibus o3 te aliqñ separari siue uelis siue nolis. Teneas te apud Jhm̃ uiuens ⁊ moriens. ⁊ illi9 fidelitati te committe. qui omnibus deficientibus solus potest te iuuare. Dilectus tuus talis est nature ut alienũ non uelit admittere sed solus vult cor tuũ habere. ⁊ tanq̃ rex in proprio throno sedere. Si scires te bene ab omni creatura euacuare. Jhũs deberet libenter tecũ habitare. Pene totũ perditũ inuenies quic quid extra Jhm̃ in hominibus posueris. Non confidas nec innitaris super calamum ventosu3. quia omnis caro fenu3 ⁊ omnis gloria eius ut flos feni cadet Cito decipieris si ad externam hominum apparentiã tm̃ aspexeris. Si em̃ tuum in aliis queris solacium et lucrum. senties sepe detrimentum. Si queris in omnibus Jhm̃ inuenies vtiq̃ Jhm̃. Si autem queris teipsum inuenies etiã teipm̃ s3 ad tuam perniciem. Plus em3 homo nociuior sibi si Jhm̃ nõ querit q̃ tot9 mũdus ⁊ omnes sui aduersarii.

De familiari amicicia Jhũ. Capi. viii.

Vando Jhũs adest totum bonum ẽ. nec quicq̃ difficile videtur. Quando uero Jhesus nõ adẽ totum durum est. Quando Jhesus intus non loquit

consolatio vilis est. Si autem Jhesus vnum uerbuz loquit' tm̄ magna cōsolatio sentit'. Nōne maria magdalena statim surrexit de loco in quo fleuit quando martha illi dixit. Magister adest ⁊ vocat te. Felix hora quando Jhūs uocat de lacrimis ad gaudiū spiritꝰ q̄ aridꝰ ⁊ durꝰ es sine Jhū. q̄ insipiēs ⁊ vanꝰ si cupis aliquid extra Jhm̄. Nōne hoc est maius damnum q̄ si totum perderes mundum. Quid potest mūdus conferre sine ihū? Esse sine ihū grauis est infernꝰ Et eē cum ihū dulcis paradisus. Si fuerit tecum ihesus nullus poterit nocere inimicus. Qui inuenit ihm̄ inuenit thesaurum bonum. immo bonuz supra omne bonum. Et qui perdit ihm̄ perdit nimis multū ⁊ plꝰ q̄ totum mundum. Pauperrimus ē qui viuit sine ihesu. Ditissimus qui bene est cum ihū. Magna ars ē scire conuersari cuz ihū. ⁊ scire ihm̄ tenere magna prudētia. Esto humilis ⁊ pacificus ⁊ erit tecum ihūs. Sis deuotus ⁊ quietus ⁊ permanebit tecum ihesus. Potes cito fugare ihm̄ ⁊ gratiam eius perdere. si volueris ad exteriora declinare. Et si illum effugaueris et pdideris ad quē tunc fugies? ⁊ quem tunc queres amicum? Sine amico non potes diu uiuere. ⁊ si ihesus non fuerit tibi pre omnibus amicus. eris nimis tristis ⁊ desolatus. Fac igit' agis si in aliquo altero confidis ⁊ letaris. Eligendum est magis totum mundum habere ꝑtrariū q̄ ihm̄ offensum. Ex omnibꝰ ergo caris sit ihūs dilectus specialis. Diligant' omnes ꝓpter ihm̄. ihesus autem propter seipm̄. Solus Jhesus xps singulariter est amandus. qui solus bonus ⁊ fidelis inuenit' pre omnibus amicis. Propter ihesum ⁊ in

Digitized by Google

ipso tam amici q̃ inimici tibi sint cari. Et pro omnibus biis exorandus est. ut omnes ipsum cognoscant ⁊ diligant. Hunq̃ cupias singulariter laudari ⁊ amari. quia hoc solius dei est. qui similem sibi non habet Nec velis q̃ aliquis in corde suo tecuꝫ occupet. neq̃ tu cum alicuius occuperis amore. sed sit ihũs in te et in omni bono homine. Esto puꝫ ⁊ liber ab inteꝫ sine alicuꝫ creature implicamento. Oportet te eẽ nudum ⁊ purum cor ad ihm̃ gerere suis vacare ⁊ uidere q̃ suauis est dominus Et reuera ad hoc non peruenies nisi gratia eius fueris preuentus ⁊ intractus. ut omnibꝫ euacuatis ⁊ licẽtiatis solꝫ cũ solo vnaris. Quãdo em̃ grã dei venit ad hominem tunc potens fit ad omnia. ⁊ quãdo recedit tunc pauper ⁊ infirmus erit. ⁊ q̃ si tm̃ ad flagella relictus. In biis nõ debes deiici nec desperare. sed ad uoluntatẽ dei equanimiter stare. et cuncta superuenientia tibi ad laudem ihũ xpi perpeti. quia post hyemem sequit estas. post noctez redit dies. ⁊ post tempestatem serenitas magna.

De carentia omnis solatii. Capi. ix.

Dn est graue humanum contemnere solatiũ cuꝫ adest diuinum. Magnum ẽ ⁊ ualde magnũ tam humano q̃ diuino posse carere solatio. ⁊ pro hono re dei libenter exilium cordis uelle sustinere. ⁊ in nullo seipsum querere. nec ad propriũ meritũ respicere. Quid magni es si hilaris sis ⁊ deuotus aduemẽte gratia. optabilis cunctis hec hora. Satis suauiter equitat quem grã dei portat. Et quid mirum si onus nõ sentit qui portat ab omnipotente ⁊ ducit a summo

ductore. Libenter habemus aliquid p̄ solatio ⁊ dif
ficulter homo exuitur a seipso. Vicit sanctus martir
Laurentius seculum cum suo sacerdote. Quia ōne q̄d
in mundo delectabile uidebat despexit ⁊ dei summi
sacerdotem Sixtum quē maxime diligebat pro amo
re xpi etiam a se tolli dementer ferebat. Amore igitur
creatoris amorem hominis superauit. ⁊ pro humano
solatio diuinum beneplacitum magis elegit. Ita ⁊ tu
aliquem necessarium ⁊ dilectuz amicū pro amore dei
disce re linquere. Nec grauiter feras cum ab amico de
relictus fueris. sciens quoniam oz nos omnes tandē
ab inuicem separari. Multum ⁊ diu oportet hominē
in seipso certare anteq̄ discat seipsum plene superare.
⁊ totum affectum suum plene in deum trahere. Quan
do homo stat super seipso facile labit ad consolati/
ones humanas. Sed verus xpi amator ⁊ studiosus
sectator uirtutum non cadit super illas consolatiōes
nec querit tales sensibiles dulcedines sed magis For/
tes exercitatiōes. ⁊ p̄ xpo duros sustinere labores.
Cū igit spūalis ꝛsolatio a deo dat. cū grāriactione
accipe eam. Seo dei munus intellige esse non tuū me/
ritum. ⁊ noli extolli. Noli nimium gaudere nec inani
ter presumere. sed esto magis humilior ex dono cau/
tior quoq̄ ⁊ timoratior in cunctis actibus tuis. quo
niam transibit hora illa ⁊ sequet temptatio. Cum ab
lata fuerit consolatio non statim desperes. sed cuz hu
militate ⁊ patientia expecta celestem visitationez. qz
potens est deus ampliorem tibi redonare grām ⁊ cō
solationem. Istud non est nouum nec alienum viam
dei expertis. quia in magnis sanctis ⁊ in ātiquis pro

Digitized by Google

phetis fuit talis sepe alternationis modus. Vñ quidam presente grã dicebat. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in eternum. Absente autem gratia quid in se fuerit expertus adiunxit dicens. Auertisti faciem tuã a me ⁊ factus sum conturbatus. Inter hec tamen nequaq̃ desperat sed instantius dñm rogat ⁊ dicit. Ad te domine clamabo ⁊ ad deum meuz deprecabor. Denicq oratiõis sue fructũ reportat ⁊ se exaudituum testat dicens. Audiuit dominus ⁊ misertus est mei. dominus factus est adiutor meus. sed ĩ quo. Cõuertisti inquit planctum meum in gaudiuz mihi ⁊ circũdedisti me leticia. Et si sic actum est cum magnis sanctis. non est desperandum nobis infirmis ⁊ pauperibus si interdum in frigiditate ⁊ interdum in feruore sumus. quoniam spũs uenit ⁊ recedit ꝑm sue voluntatis beneplacitum. Vnde beatus Job ait. Visitas eum diluculo ⁊ subito probas illuz. Super quid igit̃ sperare possum aut in quo confidere debeo nisi ĩ sola magna misericordia dei. ⁊ in sola spe grẽ celestis Siue enim adsint homines boni siue deuoti fratres ⁊ amici fideles. siue libri sancti uel tractatus pulchri siue dulcis cantus ⁊ hymni. omnia hec modicuz iuuãt ⁊ modicum sapiunt. quando desertus sum a grã. ⁊ in propria paupertate relictus. Tunc non ẽ melioꝛ remedium q̃ patientia ⁊ abnegatio mei in voluntate dei Hunq̃ inueni aliquem religiosum qui non habuerit interdum gratie subtractionez aut non senserit feruoris diminutionem. Nullꝰ sanctꝰ fuit unq̃ tã alte raptus ⁊ illuminatus qui prius uel postea nõ fuit temptatus. Non enim dignus est alta dei contemplatione

d ii

qui pro deo non est exercitatus aliqua tribulatione Solet enim sequentis consolationis temptatio pce/dens esse signum. Nam temptationibus probatis ce lestis promittit consolatio Qui vicerit inquit dabo ei edere de ligno vite. Dat etiam consolatio diuina. ut homo fortior sit ad sustinendum aduersa. Sequi/tur etiam temptatio ne se deuet de bono. Non dor/mit dyabolus nec caro adhuc mortua est. ō non cessés preparare te ad certamen. quia a dexteris ⁊ a sini stris sunt hostes qui nunq̃ quiescunt.

## De graticudine pro gratia dei. Capitu. x.

Vid queris quietem cum nat⁹ sis ad laborem? Pone te ad patientiam magis q̃ ad consolatio nē ⁊ ad crucem portandam magis q̃ ad leticiā. Quis enim secularium non libenter consolationem ⁊ leticiā spūalē acciperet si semper obtinere posset. Excedūt enim spūales consolationes omnes mūdi delicias et carnis uoluptates. Naz omnes delicie mundane aut turpes sunt aut vane. Spūales uero delicie sole iocūde ⁊ honeste ex uirtutibus progenite ⁊ a deo puris ī fuse mentibus. Sed istis diuinis consolationibus ne mo semper pro suo affectu frui ualet. quia temp⁹ tēp tationis non diu cessat. Multum contrariatur super ne visitationi falsa libertas animi ⁊ magna confiden tia sui. Deus bene facit consolationis graciam dādo sed homo male agit non totum deo cum gratiarum actione retribuendo. Et ideo nō possunt in nobis do na gratie fluere. quia īgrati sumus auctori nec totum

refundimus fontali origini. Semper enim debet grã
digne gratias referẽti auferet ab elato quod dari so
let humili. Nolo consolationez que mihi aufert com
punctionem. nec affecto ocemplationem que ducit ĩ
elationem. Non enim omne altum sanctum. nec omne
desideriũ purũ. nec oẽ dulce bonũ. nec oẽ cazz gratuz
deo. Libenter accepto grãm vnde humilior ⁊ timora
tior inueniar. atqz ad relinquendũ me paratior fiam
Doctus dono grẽ ⁊ eruditus subtractionis uerbere
non sibi audebit quicq̃ boni attribuere. sed potiꝰ se
pauperem ⁊ nudum confitebit. Da deo quicqd dei ẽ
⁊ tibi asscribe quod tuum est. hoc est deo gratias pro
grã tribue. tibi autem soli culpam. Et dignam penaz
pro culpa deberi sentias. Pone te semper ad infimuz
⁊ dabit tibi summum nam summum non stat sine in/
fima. Summi sancti apud deum minimi sunt apud se
Et quãto gloriosiores. tanto in se humiliores. pleni
veritate ⁊ gloria celesti nõ vane glorie cupidi. i deo
fundati ⁊ confirmati nullo modo possunt eẽ elati.
Et qui deo totum asscribunt quicquid boni accepe/
runt. gloriam ab inuicem nõ querunt. sed gloriam q̃
a solo deo est uolunt. ⁊ deum in se ⁊ in omnibus san/
ctis laudari super omnia cupiunt. ⁊ semper in idipm
tendunt. Esto igit gratus in minimo. ⁊ eris dignꝰ ma
iora accipere. Sit tibi minimum etiã pro mario ⁊ ma
gis contemptibile pro speciali dono. Si dignitas da
toris inspicit. nullum datum paruum aut munꝰ vile
videbit. Non enim paruum est quod a summo deo
donat. etiam si penas ⁊ verbera donauerit gratuz eẽ
dz. quia semper pro salute nrã facit quicqd nobis ad

Digitized by Google

uenire permittit. Qui gratiā dei retinere desiderat sit gratus pro gratia dei data. patiēs pro sublata. oret ut redeat. cautus sit ⁊ humilis ne amittat.

De paucitate amatorum crucis Ihū. Ca. ix.

Habet ihūs nunc multos amatores regni sui celestis. ⁊ paucos batulatores sue crucis. Habz multos desideratores consolatiōis. sed paucos tribulationis. Plures inuenit socios mense. ⁊ paucos abstinētie. Omnes uolunt cuz xpo gaudere. sed pauci uolūt pro ipso aliquid sustinere. Multi sequunt ihm̄ usq ad fractionem panis. sed pauci ad bibendū calicem passionis. Multi miracula eius venerant. sed pauci ignominiam crucis sequunt. Multi ihm̄ diligunt q̄ diu aduersa non ꝛcingunt. Multi illuz laudant ⁊ benedicunt q̄ diu consolationes aliquas ab ipso recipiunt. Si āt se ihūs absconderet ⁊ modicum eos relinqueret. aut in querimoniam aut in deiectionē nimiaz cadūt. Qui āt ihm̄ propter ihm̄ ⁊ nō propter suaz aliquam consolationem propriam diligunt ipsum i tribulatione ⁊ in angustia cordis sicut in summa consolatione benedicunt. Et si nunq̄ eis consolationē dare vellet. ipsum tamen semper laudarent. ⁊ semp gratias agere vellent. O quantuz potest amor ihū purz nullo proprio commodo uel amore permixtus. Nōne omnes mercenarii sunt dicendi qui consolationes semper querunt? Nonne amatores sui magis q̄ Cristi probantur. qui sua commoda uel lucra semper meditantur? Vbi inuenietur talis qui velit deo seruire gratis? Raro inuenitur tam spiritualis

aliquis qui omnibus sit nudatus. Nam uerum spiri
tu pauperem ⁊ ab omni creatura nudum quis inueni
et? Procul ⁊ de ultimis finib⁹ precium eius. Si dede
rit homo omnem substantiã suã adhuc nihil est. et si
fecerit penitentiam magnam adhuc exiguũ ẽ. ⁊ si ap
prehenderit omnem scientiam adhuc longe ẽ. ⁊ si ha
buerit uirtutem magnam ⁊ deuotionem nimis arden
tem adhuc multum sibi deest. vnuꝫ scꝫ quod sibi sum
me necessariuꝫ est. Quid illud. vt omnibus relictis se
relinquat. ⁊ a se totaliter exeat. nihilqꝫ de priuato a/
more retineat. Cum omnia fecerit que facienda noue
rit nihil se fecisse sentiat. Nõ grande põderet q̃ grã/
dis estimari possit. seo in ueritate seruum inutilem se
pronunciet sicut ueritas ait. Cum feceritis omnia que
precepta vobis sunt. adhuc dicite quia serui inutiles
sum⁹. Tũc uero pauper ⁊ nudus spũ eẽ poterit ⁊ cum
prophcta dicere. Quia vnic⁹ ⁊ paup sum ego Nemo
isto ditior. nemo tamẽ liberior. nemo potentior illo.
qui scit se ⁊ omnia relinquere ⁊ ad infimũ se ponere.

De regia via sancte crucis. Capi. xii

Vrus hic multis videt sermo. Abnega temetip
sum tolle crucem tuam ⁊ sequere ihm̃. Sed mul
to durius erit audire illud extremum verbum. Disce/
dite a me maledicti in ignẽ eternuꝫ. Qui enim modo
libenter audiunt ⁊ sequuntur verbum crucis. tunc nõ
timebunt ab auditione mala eterne damnatõis. hoc
signum crucis erit in celo cuꝫ dominus ad iudicandũ
venerit. Tunc omnes serui crucis qui se crucifixo cõ
formauerunt in uita. ad xp̃m accedent iudicem cum

Digitized by Google

magna fiducia. Quid igit times tollere crucem p quē
itur ad regnum? In cruce salus. in cruce uita. in cruce
protectio ab hostibus. in cruce infusio superne sua/
uitatis. in cruce robur mentis. in cruce gaudiū spiritꝰ
in cruce uirtus summa. in cruce perfectio sanctitatis.
Non est salus anime nec spes eterne uite nisi in cruce.
Tolle ergo crucem ⁊ sequere ibm̄. ⁊ ibis in vitam eter
nam. Precessit ille baiulans sibi crucem. ⁊ mortuus ē
pro te in cruce. vt tu etiam portes crucem ⁊ mori affe
ctes in cruce. quia si omortuus fueris etiā cuꝫ illo pa
riter viues. ⁊ si socius fueris pene socius eris ⁊ glorie
Ecce in cruce totum constat. ⁊ in moriendo totum ia
cet. ⁊ non est alia via ad vitam ⁊ ad ueram internam
pacem nisi via sancte crucis ⁊ quotidiane mortifica/
tionis. Ambula vbi vis. quere quodcunq; volueris.
⁊ non inuenies altiorē viā supra. nec securiorē viam
infra nisi viam sancte crucis. Dispone ⁊ ordina ōnia
secundum tuum velle ⁊ videre. ⁊ nō inuenies nisi sem
per aliquid pati debere. aut spōte aut īuite. ⁊ ita cru
cem semper inuenies. Aut em̄ in corpore dolorem sen
ties. aut in anima spūs tribulationem sustinebis. In
terdum a deo relinqueris. interdum a proximo exer/
citaberis. ⁊ quod amplius est sepe tibimetipsi grauis
eris. nec tamē aliquo remedio uel solatio liberari seu
alleuiari poteris. sed donec deus voluerit oportet q̄
sustineas. Vult em̄ deus ut tribulationem sine conso
latione discas pati. ⁊ ut illi totaliter te subiicias ⁊ hu
milior ex tribulatione fias. Nemo ita cordialiter sen
tit passionem xpi. sicut is cui contigerit similia pati.
Crux igitur semper parata est et vbiq; te expectat.

Digitized by Google

Non potes effugere ubicunq; cucurreris quia ubicũ/
q; ueneris teipsum tecum portas. ⁊ semper teipm iue
nies. Conuerte te supra. conuerte te infra conuerte te
extra ⁊ intra. ⁊ in hus omnibus inuenies crucem. ⁊ ne
cesse est te ubicũq; tenere patientiam. si internam vis
habere pacem ⁊ perpetuam promereri coronam Si li
benter crucem portas portabit te ⁊ deducet te ad de
sideratum finem. vbi scz finis patiendi erit q̃ uis hic
non erit. Si inuite portas onus tibi facis ⁊ teipsum
magis grauas. ⁊ tamen oportet ut sustineas. Si abii/
cis vnam crucem aliam proculdubio inuenies ⁊ for/
citan grauiorem. Credis tu euadere qõ nullꝰ mortali
um potuit preterire? Quis sanctorum in mundo sine
cruce ⁊ tribulatione fuit? Nec enim dominus noster
ibũs xp̃s vna hora sine doloꝝ passiõis fuit q̃diu vix
it. Oportebat ãt xp̃m pati ⁊ resurgere a mortuis ⁊ ita
intrare in gloriam suam. Et quõ tu aliã uiã queris q̃
hanc regiam uiã que est via sancte crucis? Tota uita
xp̃i crux fuit ⁊ martirium. ⁊ tu tibi queris requiem et
gaudium? Erras erras si aliud queris q̃ pati tribula
tiones. quia tota ista uita mortalis plena miseriis et
circũsignata crucibꝰ. Et q̃to altiꝰ in spũ ꝓfecerit. tã
to grauiores cruces sepe inueniet. quia exilii sui pena
magis ex amore crescit. sed tamẽ iste sic multipliciter
afflictus non est sine leuamine cõsolationis. qz fru/
ctum magnum sibi sentit accrescere ex sufferentia sue
crucis. Nam dum sponte illi se subiicit omne onꝰ tri
bulationis in fiduciã diuine ꝯsolatiõis ꝯueritur. Et
quãto caro magis per tribulationẽ atteritur tanto am
plius spũs per internam cõsolationẽ roboratur. Et

Digitized by Google

nonnũq̃ in tantum ꝓfortat' ex affectu tribulationis
⁊ aduersitatis ob amorem ꝓformitatis crucis xpi ut
non sine dolore ⁊ tribulatione eẽ vellet. quoniã tãto
se acceptiorem deo credit. quãto plura ⁊ grauiora ꝓ
eo perferre poterit. Non ẽ illud virtus hominis sed
grã xpi. que tanta potest ⁊ agit ĩ carne fragili. ut qd
naturaliter semper abhorret ⁊ fugit. hoc feruore spi/
ritus aggrediat ⁊ diligat. Non est ꝓm hominem cru
cem portare. crucem amare. corpus castigare. ⁊ serui/
tuti subiicere. honores fugere. contumeliam libenter
sustinere. seipsum despicere ⁊ despici optare. aduersa
queq̃ cuz damnis perpeti. ⁊ nihil prosperitatis ĩ hoc
mundo desiderare. Si ad teipsum respicis nihil hu/
iusmodi ex te poteris. sed si in domino confidis dabi
tur tibi fortitudo de celo ⁊ subiiciet' ditioni tue mun
dus ⁊ caro. Sed nec inimicum dyabolum timebis si
fueris fide armatus. ⁊ ꝓbũ cruce signatus Pone ergo
te sicut fidelis ⁊ bonus seruus xpi ad portandũ viri
liter crucem domini tui pro te ex amore crucifixi.
Prepara te ad tolleranda multa aduersa ⁊ varia in/
cõmoda in hac misera vita. quia sic tecum erit vbicũ
q̃ fueris. ⁊ sic reuera eum inuenies vbicunq̃ latueris
Oportet te ita esse ⁊ non est remediuz euadendi a tri
bulatione malorum ⁊ dolore q̃ vt te patiaris. Calicẽ
dñi affectanter bibe si amicꝰ eiꝰ eẽ ⁊ partem cũ eo ha
bere desideras. Consolationes deo committe faciat ip
se cũ talibus sicut sibi magis placuerit Tu vero pone
te ad sustinendũ tribulationes. ⁊ reputa eas maxias
consolationes. quia non sunt condigne passiones hu
ius temporis ad futuram gloriam. que reuelabitur

Digitized by Google

in nobis promerendam. Etiaz si solus omnes posses
sustinere Quãdo ad hoc ueneris q̃ tribulatio tibi dul
cis est ⁊ sapit pro xp̃o tunc bene tecum eẽ estima. qz
inuenisti paradisum in terra. q̃diu pati tibi graue est
⁊ fugere queris. tamdiu male habebis. ⁊ sequet te ubi
q̃ fuga tribulationis. Si ponis te ad quod eẽ debes
videlicet ad patiendum ⁊ moriendum. fiet cito meliꝰ
⁊ pacem inuenies. Etiam et si raptus fueris in terciuz
celum cum paulo. non es propterea securatus de nul
lo contrario sustinendo. Ego inquit Jhũs ostendaz
illi q̃ta oporteat eum pro nomine meo pati. Pati er
go tibi remanet. si Jhũ diligere ⁊ perpetue illi serui/
re placet. Utinam digꝰ eẽs pro nomine Jhũ aliqd
pati q̃ magna gloria remaneret tibi. quãta exultatõ
omnibꝰ sanctis dei. q̃ta edificatio eẽt ꝓximi. Hã pa
tienciam omnes cõmendant. q̃uis pauci tamen pati
velint. Merito deberes libenter modicum pati pro
xp̃o. cum multa grauiora patiunt pro mundo. Scias
pro certo quia morientem te oportet ducere vitam ⁊
q̃to plus quis sibi morit tanto deo magis viuere ĩ
tipit. Nemo aptus est ad comprehendendum celestia
nisi se submiserit ad portandum pro xp̃o aduersa.
Nihil deo acceptius nihil tibi salubriꝰ in mũdo isto
q̃ libenter pati pro xp̃o Et si eligendũ tibi eẽt magis
optare deberes pro xp̃o aduersa pati q̃ multas oso
lationibꝰ recreari. quia xp̃o similior eẽs ⁊ omnibus
sanctis eius magis conformior. Non enim stat me
ritum nostrum et profectus status nostri in multis
suauitatibus et consolationibus. sed potius in mag
nis grauitatibus ⁊ tribulationibus perferendis. Si

quidem aliquid melius ⁊ utilius saluti hominū ꝓpa
ti fuisset· xp̄s vtiq; uerbo ⁊ exemplo ostendisset· Nā
⁊ sequentes se discipulos omnesq; eum sequi cupien/
tes manifeste ad crucem portandā hortat ⁊ dicit· Si
quis vult uenire post me abneget semetipm ⁊ tollat
crucem suam ⁊ sequat me· Omnibus ergo perlectis et
scrutatis sit ista finalis conclusio· Quoniā per multas
tribulationes oportet nos intrare in regnum dei·

Explicit liber secundus· Incipit tertius·

De interna xpi locutiōe ad aiam fidelē· Ca·i·

Audiam quid loquat in me dns deus· Beata anima que dnm in se loquentem audit ⁊ de ore eius uerbum consolationis accipit· Beate aures que venas diuini susurrii suscipiunt· ⁊ de mundi huius susurrationibus nihil ad uertūt· Beate plane aures que non uocē foris sonantem sed interius auscultant ueritatem loquentem ⁊ docentem· Beati oculi qui exterioribus clausi interioribus autem sunt intenti· Beati qui interna penetrant ⁊ ad capienda arcana celestia magis ac magis per quotidiana exercitia se student ꝓparare· Beati q deo uacare gestiūt· ⁊ ab omni ipedimēto seculi se excutiunt· Animaduerte hec o anima mea ⁊ claude sensualitatis tue ostia· ut possis in te audire quid loquatur dns deus in te· Hec dicit dilectus tuus· Salus tua ego sum· pax tua ⁊ vita tua· Serua te apud me ⁊ pacem inuenies· Dimitte omnia transitoria ⁊ qre eterna Quid sunt omnia temporalia nisi seductoria? Et qd

Digitized by Google

iuuāt omnes creature si fueris a creatore deserta. Omnibus ergo abdicatis creatori tuo te redde placidaz ac fidelem ut uerā ualeas apprehendere beatitudinē

Ut veritas intus loquit sine strepitu uerborum. C.ii.

Loquere domine quia audit seruus tuus. Seruus tuus ego sum. da mihi intellectū ut sciam testimonia tua. Indina cor meum in uerba oris mei. fluat ut ros eloquium tuū. Dicebāt olim filii israhel ad moysen. Loquere nobis tu ⁊ audiemus. nō loquat nobis dominus ne forte moriamur. Non sic domine nō sic oro. sed magis cum Samuele prophetā humiliter ac desideranter obsecro. Loquere domine quia audit ꝯ tuus tuus. non loquatur mihi moyses aut aliquis ex prophetis. sed potius tu loquere domine deus inspirator ⁊ illuminator omnium prophetarum. quia tu solus sine eis potes me perfecte imbuere. illi autem sine te nihil proficient. Possunt quidem uerba sonare sed spiritū nō oferūt. Pulcherrime dicūt. sz te tacēte cor non accendunt. Litteras tradunt. sz tu sensum aperis Misteria proferunt. sz tu reseras intellectum signatorū. Mandata edicūt. sz tu iuuas ad perficiendum Viam ostendūt. sed tu dfortas ad ambulandū. Illi foris tm̄ agunt. sed tu corda instruis ⁊ illuminas. Illi exterius rigant. sed tu fecunditatem donas. Illi clamant uerbis. sed tu auditui intelligentiā tribuis Nō ergo loquat mihi moyses. sed tu domine deus meus eterna veritas ne forte moriar ⁊ sine fructu efficiar. Si fuero tm̄ foris admonitus ⁊ intus non accensus ne sit mihi ad iudicium uerbū auditū ⁊ non factum cog/

nitum nec amatum·creditum ⁊ non seruatū·Loquere igit domine quia audit seruus tuus· Verba enim vi te eterne habes·loquere mihi ad qualēcūq; aīe mee cō solationē·⁊ ad totius vite mee emēdationem·tibi autem ad gloriam ⁊ perpetuum honorem·

Q; uerba dei cum humilitate sunt audiēda ⁊ q; mlti ea nō ponderāt. Capi·iii·

Vdi fili mi uerba mea verba suauissima· omnē philosophorum ⁊ sapientum hui; mundi scientiam excedentia· Verba mea spūs ⁊ vita sunt·nec humano sensu pensanda· Non sunt ad vanā complacētiam trahēda·sed in silētiō audiēda. ⁊ cum omni humilitate atq; affectu magno suscipiēda·⁊ dixi· Beatus ē quem tu erudieris domine ⁊ de lege tua docueris eū·ut mitiges ei a diebus malis ⁊ nō desoletur in terra. Ego inquit dominꝰ docui ꝓphetas ab initio ⁊ usq; nūc nō cesso omnibus loqui· sz multi ad vocē meam surdi sunt ⁊ duri· Plures mundum libentiꝰ audiunt q̄ deum·Facilius sequunt carnis sue appetitum q̄ dei beneplacitum· Promittit mundꝰ temporalia ⁊ parua ⁊ seruit ei auiditate magna. Ego ꝓmitto summa ⁊ eterna·⁊ torpescunt mortaliū corda. Cuis cāta cura mihi in omnibus seruit ⁊ obedit sicut mundo ⁊ dominis eiꝰ seruunt? Erubesce sydon ait mare· Et si causam queris audi mare· Pro modica prebēda lōga via currit·⁊ pro eterna vita uix a multis pes semel a terra leuat· Vile precium querit pro vno numismate interdū turpiter litigat· ⁊ ꝓ uana re ⁊ pua ꝓmissiōe die noctuq; fatigari nō timet· Sed proch

dolor pro bono incōmutabili. pro premio inestimabili. pro summo honore ⁊ gloria interminabili ut ad modicuz fatigari pigritat. Erubesce ergo serue piger ⁊ queruloſe q̄ illi paratiores inueniunt ad perditionem q̄ tu ad vitam. Gaudent illi amplius ad vanitatem q̄ tu ad ueritatem. Equidem a spe sua nonnunq̄ frustrant. sed promissio mea neminem fallit. nec cōfidentem mihi dimittit inanem. Quod promisi dabo. quod dixi implebo. Si tamen usq̄ in finem fidelis in dilectione mea quis permanserit. Ego remunerator sum omnium bonorum ⁊ fortis probator omniuz deuotoz. Scribe uerba mea ī corde tuo ⁊ pertracta diligenter. erunt enim in tempore temptatiōis ualde necessaria. Quod non intelligis cum legis cognosces in die visitationis. Dupliciter soleo electos meos visitare. temptatiue scz ⁊ consolatiue. ⁊ duas lectiones eis quotidie lego. vnam increpando eorum uicia. alterā exhortando ad virtutum incrementa. Qui habet uerba mea ⁊ spernit ea habet qui iudicet eum in nouissimo die.

Oratio ad implorandum deuotiōis grām. Ca. iiii

Domine deus meus omnia bona mea tu es. Et quis ego sum ut audeam ad te loqui. Ego sum pauperrimus seruulus tuus ⁊ abiectus vermiculus mr̄ to pauperior ⁊ contēptibilior q̄ scio ⁊ dicere audeo. Memento tamen domine quia nihil sum nihil habeo nihilq̄ valeo. Tu solus bonus iustus ⁊ sanctus. Tu ōnia potes. omnia prestas. oīa imples solū peccatorē inanem relinquens. Reminiscere miserationum tuarū

domine ⁊ imple cor meum gratia tua·qui non uis ua
cua esse opera tua·Quomodo possum me tollerare in
hac misera vita·nisi me confortauerit misericordia et
gratia tua? Noli auertere faciem tuam a me·noli visi
tationem tuam prolongare·noli consolationem tuaz
abstrahere ne fiat anima mea sicut terra sine aqua tibi
Domine doce me facere uoluntatem tuaz·doce me co
ram te digne ⁊ humiliter ouersari·quia sapiēcia mea
tu es·qui in veritate me cognoscis ⁊ cognouisti ante/
q̃ fieret mundus·⁊ anteq̃ natus essem in mundo·

Q; in ueritate ⁊ humilitate coram deo conuersan
dum est· Capi·v·

Fili ambula coram me in ueritate ⁊ simplicitate
cordis tui quere me semper·Qui ambulat coraz
me in ueritate tutabit' ab incursibus malis·⁊ veritas
liberabit eum a seductoribus ⁊ a detractionibus im
quorum·Si ueritas te liberauerit vere liber eris ⁊ nō
curabis de vanis hominum uerbis·Domine verum
est sicut dicis. ita queso mecum fiat· Veritas tua me
doceat·ipsa me custodiat ⁊ usq; ad salutarez finē me
cōducat·Ipsa me liberet ab omni affectione mala et
inordinata dilectione. ⁊ ambulabo tecum in magna
cordis libertate· Ego te docebo ait veritas q̃ rcā sūt
⁊ placita corā me. Cogita pctā tua cū displicēcia ma
gna ⁊ merore·⁊ nūq̃ reputes te aliqd eē propter ope
ra bona·Reuera peccator es ⁊ multis passionib9 ob
noxius et implicatus. Ex te semper ad nihil tendis ⁊
cito laberis cito uinceris cito turbaris cito dissolue/
ris·Nō habebis quicq̃ vnde possis gloriari sed mi

ta vnde te debes uilificare. quia multo ifirmior es q̃ vales comprehendere. Nihil ergo magnum tibi videatur ex omnibus que agis. nihil grande. nihil precio sum ⁊ admirabile. nihil reputatione appareat dignuz nihil altũ. nihil uere laudabile ⁊ desiderabile nisi qd̃ eternum est. Placeat tibi super omnia eterna veritas. displiceat tibi super omnia vilitas maxia tua. Nihil sic timeas. nihil sic vituperes ⁊ fugias sicut vicia ⁊ peccata tua. que magis displicere debent q̃ quelibet rerũ damna. Quidam non sincere coram me ambulant. sed quadam curiositate ⁊ arrogantia ducti volunt secreta mea scire ⁊ alta dei intelligere. se ⁊ suam salutem negligentes. Hii sepe in magnas temptationes ⁊ peccata propter suam superbiam ⁊ curiositatem me eis adversante labuntur. Time iudicia dei. expauesce iram omnipotentis. noli autez discutere opera altissimi. sz tuas iniquitates perscrutare. in quantis deliquisti. et q̃ multa bona neglexisti. Quidam soluz portant suã deuotionem in libris. ⁊ quidam in imaginibus. qdaz autem in signis exterioribus ⁊ figuris. quidaz habẽt me in ore. sed modicum in corde. Sunt et alii qui intellectu illuminati ⁊ affectu purgati ad eterna semp anhelant. de terrenis graviter audiunt necessitatib9 nature dolenter inseruiunt. ⁊ hii sentiunt quid uerita tis spũs loquit in eis qui docet eos terrena despicere. ⁊ amare celestia. mundum negligere. ⁊ celum tota die ac nocte desiderare.

De mirabili affectu diuini amoris. Capi. vi

Benedico te pater celestis·pater domini mei ihū
xpi·qz mei paupis dignatꝰ es recordari· O pa
ter misericordiarꝝ ⁊ deus totius consolationis grati/
as ago tibi qui me indignum omni consolatiōe quā
doꝗ tua recreas consolatione· Benedico te semper ⁊
glorifico cum vnigenito filio tuo ⁊ spiritu sancto pa
raclito in secula seculorum· Eya domine deus ama/
tor sancte meus cum tu veneris in cor meum exulta/
bunt omnia interiora mea· Tu es gloria mea· ⁊ exul/
tatio cordis mei. tu spes mea ⁊ refugium meum ī die
tribulationis mee. Sed quia adhuc debilis sum in a
more ⁊ imperfectus ī uirtute·ideo necesse habeo a te
confortari ⁊ consolari·propterea visita me sepiꝰ· ⁊ ī
strue disciplinis sanctis· Libera me a passionibꝰ ma
lis·⁊ sana cor meum ab omnibus affectionibus inor
dinatis ⁊ vitiis·ut intus sanatus ⁊ bene purgatꝰ ap
tus efficiar ad amandum. fortis ad patiendū·stabi/
lis ad perseuerandum· Magna res est amor·magnuz
omnino bonum·quod solum leue facit omne onero/
sum· ⁊ fert equaliter omne inequale· Nam onꝰ sine o/
nere portat· ⁊ omne amarum dulce ac sapidum efficit
Amor Jhesu nobilis ad magna operanda impellit ⁊
ad desideranda semp perfectiora excitat· Amor vult
esse sursum nec vllis infimis rebꝰ retineri. Amor vult
esse liber ⁊ ab omni mundana affectione alienꝰ ne in
ternus eius impediat aspectus·ne per aliquod com
modum temporale implicationes sustineat aut per ī
commodum succumbat· Nihil dulcius est amore. ni/
hil fortius·nihil altius·nihil latius·nihil iocundiꝰ ni
hil plenius nihil melius ī celo ⁊ in terra·quia amor a

Digitized by Google

deo nātus est. nec potest nisi in deo super omnia crea
ta requiescere. Amans uolat currit letat. liber est ⁊ nō
tenet. dat omnia pro omnibus. ⁊ hz omnia in omni/
bus. quia in uno sommo super omnia quiescit ex quo
omne bonum fluit ⁊ procedit. Non respicit ad dona
sed ad donantez se ouertit super omnia bona. Amor
modum semper nescit. sed super omnem modum fer/
uescit. Amor onus nō sentit. labores nō reputat. plꝰ
affectat q̄ ualet. de impossibilitate non causat. quia
cuncta sibi posse ⁊ licere arbitrat. Valet igit ad oia
⁊ multa implet ⁊ effectui mancipat ubi non amās de
ficit ⁊ iacet. Amor vigilat. ⁊ dormiens non dormitat
Fatigatus nō lassat. artatus non artatur. territꝰ nō
conturbatur. sed sicut viuax flamma ⁊ ardens facula
sursum erumpit securecz pertransit. Si quis amat. no
uit quid hec vox clamet. Magnꝰ clamor in auribus
dei ē ipse ardens effectꝰ anime que dicit. Deꝰ meus. a
mor meus. tu totus meꝰ ⁊ ego tuꝰ. Dilata me in amo/
re. ut discaz interiora cordis ore degustare. q̄ suauis
sit amare ⁊ in amore liquefieri ⁊ natare. Teneor amo
re uadēs supra me pre nimio feruore ⁊ stupore. Can
tem amoris canticum sequar te dilectum meum in al
tum. deficiat in laude tua anima mea iubilās ex amo
re. Amem te plus q̄ me. nec me nisi propter te. ⁊ oēs i
te qui uere amant te. sicut iubet lex amoris lucens ex
te. Est amor velox sincerus prius iocundus ⁊ amenꝰ.
Fortis patiens fidelis prudens longanimis viriliis et
seipsum nūq̄ querens. Vbi em̄ seipm aliquis querit.
ibi ab amore cadit. Est amor circumspectus humilis
⁊ rectus. non mollis. non leuis. nec vanis intendēs re

bus. sobrius. castus. stabilis. quietus. ⁊ in cunctis sensibus custoditus. Est amor subiectus ⁊ obediens prelatis. sibi vilis ⁊ despectus. deo deuotus ⁊ gratificꝰ confidens ⁊ semper sperans in eo etiam cum sibi non sapit deus. quia sine dolore non viuit in amore Qui non est paratus omnia pati ⁊ ad uoluntatez stare dilecti. non est dignus amator appellari. Oportet amãtem omnia dura ⁊ amara propter dilectum libenter amplecti. nec ob contraria accidentia ab eo deflecti.

## De probatione ueri amatoris. Ca. vii.

Si non es adhuc fortis ⁊ prudẽs amator. quare domine? Quia propter modicam contrarietatem deficis a ceptis. ⁊ nimis auide consolationez queris. Fortis amator stat in temptationibus. nec callidis credit persuasionibus inimici. sicut in prosperis ei placeo ita nec in aduersis displiceo. Prudens amator non tam donum amantis considerat q̃ dantis amorem. Affectum potius attendit q̃ censum. ⁊ infra dilectum omnia data ponit. Nobilis amator nõ quiescit in dono sed in me super omne donum. Non est ideo totum perditum si quandoq̃ minꝰ bene de me uel de sanctis meis sentis q̃ uelles. Affectus ille bonus dulcis quem interdum percipis. affectus gratie presentis est ⁊ quidam pregustus patrie celestis. sup quo non nimium innitendum quia uadit ⁊ uenit. Certare autem aduersus incidentes malos animi motus suggestionemq̃ spernere dyaboli insigne est uirtutis

Digitized by Google

ꝛ magni meriti. Non ergo te conturbent aliene fanta
sie de quacunq materia ingeste. Forte serua proposi/
tum ꝛ intentionem rectam ad deum. Nec est illusio
q aliquando in excessum subito raperis. ꝛ statim ad
ineptias solitas cordis reuerteris. Illas enim inuite
magis pateris q agis ꝛ q diu displicent ꝛ reniteris.
meritum est ꝛ non perditio. Scio q antiquus ini/
micus omnino nititur impedire desiderium tuuz i bo
no. ꝛ ab omni deuoto exercitio euacuare. a sanctorū
sq cultu. a pia passionis mee memoria. a peccatorum
vtili recordatione. a proprii cordis custodia. et a fir
mo proposito proficiendi in virtute. Multas ma
las cogitationes ingerit vt tedium tibi faciat et bor
rorem. vt ab oratione reuocet ꝛ a sacra lectione.
Displicet sibi humilis confessio ꝛ si posset a commu/
nione cessare faceret. Non credas ei neq curas illuz
licet sepius tibi deceptionis retenderit laqueos. Si/
bi imputa cum mala ingerit ꝛ immunda dicito illi.
Vade immunde spiritus. erubesce miser. valde immū
dus es tu qui talia infers auribus meis. Discede a me
seductor pessime. non habebis in me partem vllam.
sed Jhesus mecum erit tanq bellator fortis. ꝛ tu sta
bis confusus. Malo potius mori ꝛ omnem penam
subire q tibi consentire. Tace ꝛ obmutesce. non audi
am te amplius licet mihi plures moliris molestias.
Dominus illuminatio mea ꝛ salus mea quem time/
bo. Dominus protector uite mee a quo trepidabo?
Si consistant aduersuz me castra non timebit cor me
um. Dominus adiutor meus ꝛ redemptor meꝯ. Certa

tanq̃ miles bonus. ⁊ si interdum ex fragilitate corru/
is. resume vires fortiores prioribus. confidens de ꝯ
pliori grã mea. ⁊ multum precaue a vana complacen
tia ⁊ superbia. Propter hoc multi in errorem ducun/
tur ⁊ in cecitatem pene incurabilem quandoq; labun
tur. Sit tibi in cautelam ⁊ perpetuam humilitatem ru
ina hec superborum de se stulte presumentium.

De occultanda gratia sub humilitatis custo/
dia. Capitulum. viii.

Si utilius est tibi ⁊ securius deuotionis gratiaꝫ
abscondere. nec in alium te efferre nec multũ ide
loqui neq; multum ponderare. sed magis temetipsuꝫ
despicere. ⁊ tanq̃ indigne datam timere. Non est huic
affectioni tenacius inherendum. que citius põt muta
ri in contrarium. Cogita in grã q̃ miser ⁊ inops eẽ so
les sine gratia. Nec est in eo tantum spiritualis vite
profectus cum consolationis habueris gratiam. sed
cum humiliter ⁊ abnegate patienterq; tuleris eius sub
tractionem. ita q̃ tunc ab orationis studio non tor/
peas. nec aliqua opera tua ex vsu faciẽdi omnino di
labi permittas. sed sicut melius potueris ⁊ intellexe/
ris libenter quod in te est facias. nec propter aridita
tem seu anxietatem mentis quaꝫ sentis te totaliter ne
gligas. Multi enim sunt qui cum non bene eis succes
serit. statim impatientes fiunt aut desides. Non enim
semper est in potestate hominis via eius. sed dei est
dare consolari quando vult et quantum vult ⁊ cui
vult sicut sibi placuerit. et non amplius. Quidam

Digitized by Google

incauti propter deuotionis grām seipsos destruxe/
runt. quia plus agere voluerunt q̃ potuerunt. non
pensantes sue paruitatis mensuraz. sed magis cordis
affectum sequentes q̃ rationis iudiciuz. Et qz maio
ra presumpserunt q̃ deo placituz fuit. idcirco gratiā
cito perdiderunt. Facti sunt inopes ⁊ viles relicti q
in celum posuerunt nidum sibi. ut humiliati ⁊ depau
perati discant non in alis suis uolare. sed sub pennis
meis sperare. Qui adhuc noui sunt ⁊ imperiti in via
domini. nisi consilio discretoꝝ se regant. facilius deci
pi possunt ⁊ elidi. Q. si suum sentire magis sequi q̃
aliis exercitatis credere uolunt erit eis periculosus ex
itus. si tamen retrahi a proprio conceptu non ualue/
rint. Raro sibiipsis sapientes ab aliis regi humiliter
patiuntur. Melius est modicum sapere cuz humilita
te ⁊ parua intelligentia q̃ magni scientiarum thesau/
ri cum vana cōplacentia. Melius est tibi minus
habere q̃ multum vnde possis superbire. Non sa/
tis discrete agit qui se totum leticie tradit. Oblu/
iiscens pristine inopie sue. ⁊ casti timoris domini.
qui timet gratiam oblatam amittere. non etiam satis
virtuose sapit. qui tempore aduersitatis ⁊ cuiusq̃ gra
uitatis nimis desperate se gerit ⁊ minus fidenter de
me q̃ oportet recogitat ac sentit. Qui tempore pacis
nimis securus esse voluerit. sepe tempore belli nimis
detectus ⁊ formidolosus reperietur. Si scires sem
per humilis et modicus in te permanere. necnon spi/
ritum tuum bene moderare ac regere non incideres
tam cito in periculum et offensam. Consilium bo

num est. ut feruoris spū concepto mediteris quid futurum sit abcedente lumine. Quod cū contigerit recogita ⁊ denuo lucem posse reuerti. quam ad cautelam tibi mihi autem ad gloriam ad tempus subtrahi. Vtilior est enim sepe talis ꝓbatio q̄ si semper prospera pro tua haberes uoluntate. Nam merita non sunt ex hoc estimāda si quis plures unsiones aut ꝯsolationes habeat vel si peritus sit in scripturis aut in altiori ponat gradu. sed si uera fuerit humilitate fundatq̄ ⁊ diuina caritate repletus. si dei honorem pure ⁊ integre semper querat. si seipsum nihil reputet ⁊ in uerita te despiciat atq̄ ab aliis etiaz despici ⁊ humiliari magis gaudeat q̄ honorari.

De vili estimatione suiipsius in oculis dei. Ca. ix.

Quor ad dominum meum cum sim puluis ⁊ cinis. si me amplius reputauero. ecce tu stas cōtra me. ⁊ dicunt testimonium uerum iniquitates mee. nec possum contradicere. Si autem me uilificauero ⁊ ad nihilum redegero ⁊ ab omni propria reputatione defecero atq̄ sicut sum puluericauero erit mihi propitia gratia tua. ⁊ vicina cordi meo lux tua. ⁊ ōnis estimatio qualiscunq̄ minima in ualle nihilcitatis mee submerget ⁊ peribit in eternum. Ibi ostēdes me mihi qd sum. quid fui. ⁊ de quo veni. quia nihil ⁊ nesciui. Si mihipsi relinquor. ecce nihil. ⁊ tota infirmitas. Si autem subito me respexeris. statim fortis efficior et nouo repleor gaudio. Et mirum valde q̄ sic repente subleuor. et tam benigne a te complector. qui proprio pondere semper ad ima feror. Facit hoc

Digitized by Google

amor tuus gratis preueniens me ⁊ in tam multis sub
uenens necessitatibus a grauibus quoq; custodiens
periculis ⁊ ab innumeris ut uere dicam eripiens ma/
lis. Me siquidem male amando me perdidi ⁊ te so/
lum querendo ⁊ pure amando me ⁊ te pariter inueni
atq; ex amore profundius ad nihilum me redegi. Qz
tu o dulcissime facis mecũ supra meritũ omne ⁊ supra
id qd audeo sperare uel rogare. Benedictus sis deus
meus qz licet ego omnibus bonis sim indignꝰ. tua ta
men nobilitas ⁊ infinita bonitas nũq; cessat benefa/
cere etiam ingratis ⁊ longe a te auersis. Conuerte nos
ad te ut simꝰ grati humiles ⁊ deuoti. quia salus no/
stra tu es. uirtus ⁊ fortitudo nostra.

Q; omnia ad deum sicut ad finem ultimum sunt
referenda. Capitulum. x.

Ili ego debeo esse finis tuus supremus ⁊ ultimꝰ
si uere osideras eẽ beatus. Ex hac intentione pu
rificabit affectus tuus sepius ad seipsum ⁊ ad creatu
ras male incuruatꝰ. Nam si teipsum in aliquo queris
statim in te deficis ⁊ arescis. Omnia ergo ad me prin
cipaliter referas. quia ego sum qui omnia dedi. Sic
singula osidera. sicut ex summo bono manãtia. Et iõ
ad me tanq; ad suam originem cuncta sunt reducen/
da. Ex me pusillus ⁊ magnus. pauper ⁊ diues tanq;
ex fonte uiuo aquam hauriunt uiuam. Et qui mihi
sponte ⁊ libere deseruiunt. gratiam pro grã accipient
Qui aũt extra me uoluerit gloriari uꝰ ĩ aliquo priua
to bono delectari ñ stabiliet ĩ uero gaudio neq; ĩ cor

Digitized by Google

de suo dilatabit. sed multipliciter impedietur ⁊ angustiabit. Nihil ergo tibi de bono assribere debes. nec alicui homini uirtutem attribuas. sz totum da deo sine quo nihil habet homo. Ego totum dedi. ego totum reabere volo. ⁊ cum magna districtione gratiarum actiones requiro. Hec ē veritas qua fugat gloriae uanitas. Et si intrauerit celestis grā ⁊ uera caritas nō erit aliqua inuidia nec oratio cordis. neqz priuatus amor occupabit. Vincit em̄ oīa diuina caritas. ⁊ dilatat omnes aīe vires. Si recte sapis in me solo gaudebis. in me solo sperabis. quia nemo bonus nisi solus deus. qui est super oīa laudandus ⁊ in omnibus benedicendus.

Q4 spreto mundo dulce est seruire deo. Ca. xi.

Vnc iterum loquor domine ⁊ non silebo. dicaz in auribus dei mei domini mei ⁊ regis mei qui est in excelso. O q̄z magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Sed quid es amantibus. quid toto corde tibi seruientibus? Vere ineffabilis dulcedo contemplationis tue. quaz largiris amantibus te. In hoc maxime ostendisti dulcedinem caritatis tue. quia cū nō essem fecisti me. ⁊ cū errarē longe a te reduxisti me. ut seruirē tibi. ⁊ p̄cepisti ut diligam te. O fons amoris perpetui quid dicā de te. quomodo potero tui obliuisci. qui mei dignatus es recordari? Etiam postq̄z contabui ⁊ perii. fecisti ultra omnem spem misericordiam cum seruo tuo. ⁊ ultra ō ne meritum gratiam ⁊ amicitiam exhibuisti. Quid retribuam tibi pro gratia ista. Non enim om/

nibus datum est ut omnibus abdicatis seculo renun
cient ⁊ monasticam vitam assumant. Nunquid mag/
num est ut tibi seruiam cui omnis creatura seruire tene
tur? Non magnum mihi videri debet seruire tibi. sed
potius hoc mihi magnum ⁊ admirandum apparet q̃
tam pauperem ⁊ indignum dignaris in seruum recipe
re ⁊ dilectis seruis tuis adunare. Ecce omnia tua sũt
que habeo ⁊ vnde tibi seruio. Verumtamen viceuer/
sa tu magis mihi seruis q̃ ego tibi. Ecce celum ⁊ terra
que in ministerio hominis creasti presto sunt. ⁊ faci/
unt quotidie quecunq̃ mandasti. Et hoc paruuꝫ est
quin etiam angelos ĩ ministerio hominis creasti ⁊ or
dinasti. Transcendit autem hec omnia. quia tuipse ꝯ/
uire homini dignatus es ⁊ teipm ei daturum promi/
sisti. Quid dabo tibi pro omnibus istis milibus bo
nis? Vtinam possem tibi seruire cunctis diebus vite
mee. Vtinam uel vno die dignum seruitium exhibe/
re sufficerem. Vere tu es dignus omni seruitio omni
bonore ⁊ laude eterna. Vere dominus mey es ⁊ ego
pauper seruus tuus. qui totis viribus teneor tibi ser
uire nec vnq̃ in laudibus tuis debeo fastidire. Sic
volo sic desidero ⁊ quicquid mihi deest tu digneris
supplere. Magnus bonor magna gloria tibi seruire ⁊
omnia propter te contemnere. Habebunt enim grati
am magnam qui sponte se subiecerunt tue sanctissime
seruituti. Inuenient suauissimam sancti spũs ꝯsolati
onem. consequent magnam cordis libertatẽ qui artã
pro nomine tuo ingrediunt viam. ⁊ omnem munda
nam neglexerint curam O grata ⁊ iocunda dei serui/
tus. qua homo veraciter efficitur liber et sanctus.

Digitized by Google

O sacer status religiosi famulatus qui hominem angelis reddit equalem deo placabilem. demonibus terribilem. ⁊ cunctis fidelibus commendabilem. O amplectendum ⁊ semper optandum seruitium quo summum promeretur bonum ⁊ gaudium acquiritur sine fine mansurum.

## Qd desideria cordis examinanda sunt ⁊ moderanda. Capi. xii.

Ali oportet te adhuc multa addiscere que nec dum bene didicisti. Que sunt hec dne? Vt desiderium tuum ponas totaliter sub beneplacito meo ⁊ tui ipsius amator no sis sed mee voluntatis cupidus amator et emulator. Desideria te sepe accendunt ⁊ vehementer impellunt. Sed considera an propter bonorem meum an propter tuum commodum magis mouearis. Si ego sum in causa bene contentus eris quomodocunque ordinauero. Si autem de proprio quesito aliquid latet ecce hoc est quod te impedit ⁊ grauat. Caue ergo ne nimium innitaris super desiderio preconcepto me non consulto ne forte postea penitear ⁊ displicear. qd primo placuit ⁊ quasi pro meliore celesti. Non enim omnis affectio que videt bona statim e sequenda sed nec omnis contraria affectio ad primum fugienda. Expedit interdum refrenatione vti etiam in bonis studiis ⁊ desideriis. ne per importunitatem mentis distractionem incurras. ne alius per indisciplinationem scandalum generes. vel etiam per resistentiam aliorum subito turberis ⁊ corruas. Interdum uero oportet violentia vti ⁊ viriliter appetitui sensitiuo contraire. nec advertere quid velit caro ⁊ quid non velit. si hoc magis

Digitized by Google

satagere ut subiecta sit etiam nolens spiritui ⁊ tãdiu castigari debet ⁊ cogi seruituti subesse. donec parata sit ad omnia. paucisq; contentari discat. ⁊ simplicib⁹ delectari. nec contra aliquod inconueniens murmurare.

De informatione patientie ⁊ luctamine aduersꝰ cõcupiscentias. Ca. xiii.

Domine domine deus ut audio patientia est mihi valde necessaria. multa enim in hac vita accidunt contraria. Hã qualiter cũq; ordinauero de pace mea nõ ꝑt esse sine bello ⁊ dolore vita mea. Ita ẽ fili. Non autem volo te talem querere pacem que temptationibus careat aut contraria non sentiat. sed tunc tuam estimare te pacẽ inuenisse cum fueris variis tribulationibus exercitatus. ⁊ in multis aduersitatibus probatus. Si dixeris te non multum posse pati. quõ tunc sustinebis ignem purgatorii? De duobus malis semper minus malũ est eligendũ Vt ergo eterna futura supplicia possis euadere. mala ꝑsentia studeas ꝑ deo equanimiter tollerare. An putas q; homines seculi huiꝰ nihil aut parum patiant. Nec hoc inuenies etiam si delicatissimos quesieris. Sed hñt inquit multas delectationes ⁊ ꝓprias sequunt' voluptates. ideo q; parꝝ ponderant suas tribulationes. Esto q; ita sit vt habeant quicquid voluerint. ꝗ q̃diu putas durabit. Ecce quẽadmodũ fumꝰ deficient abundantes in seculo. ⁊ nulla erit recordatio preteritorum gaudiorꝝ sed cum adhuc viuunt non sine amaritudine ⁊ tedio ⁊ timore in eis quiescunt. Ex eadem nãq; re vnde delectationem concipiunt. sibi inde doloris penã frequẽ

f

ter recipiunt. Juste illis fit. ⁊ quia iordinate delecta
tiones querunt ⁊ sequunt. nō sine amaritudine ⁊ ofu
sione eas expleant. O q̃ breues q̃ false q̃ inordinate
⁊ turpes omnes sunt. Verum tamen pre ebrietate ⁊ ce/
citate nō intelligūt. seo velut muta animalia propter
modicum corruptibilis vite delectamentum mortem
anime incurrunt. Tu ergo fili post concupiscentias tu
as nō eas ⁊ a uoluntate tua auertere. Delectare in do
mino ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Etenim si ve
raciter vis delectari ⁊ abundantius a me cōsolari ec/
ce in contemptu omnium mundanorum ⁊ in abscisio
ne omnium infimarum delectationum erit benedictō
tua. ⁊ copiosa reddet tibi consolatio. Et q̃to plꝰ te
ab omni creaturarum solatio subtraxeris. tanto ī me
suauiores ⁊ potentiores consolationes inuenies. Sꝫ
primo non sine quadam tristicia ⁊ labore certaminis
ad has peruenies. Obsistet inolita consuetudo sꝫ me
liori consuetudine deuincet. Remurmurabit caro. sed
feruore spūs refrenabit. Instigabit te ⁊ exacerbabit
serpens antiquus. sed oratione fugabit. insuper ⁊ la
bore utili aditus ei magnus obstruetur.

De obedientia humilis subditi ad exemplum Jhe
su xpi. Capi. xiiii.

Jli qui se subtrahere nitit ab obedientia ipse se
subtrahit a gratia. Et qui querit habere priua/
ta. amittit communia. Qui non libenter ⁊ sponte suo
superiori se subdit. signum est q̃ caro sua necdū per/
fecte sibi obedit. sed sepe recalcitrat ⁊ murmurat. Dis
ce ergo celeriter superiori tuo te submitere si carnē p

priam optas subiugare. Citius nãq; exterius uincit̃ i
imicus si interior homo non fuerit deuastatus. Nõ ẽ
molestior ⁊ peior anime hostis q̃ tuipse tibi non bñ
concordans spiritui. Oportet enim uerũ te assumere
tuiipsius contemptum si vis preualere aduersus car
nem ⁊ sanguinem. quia adhuc nimis inordinate te di
ligis. ideo plene te resignare aliorum uoluntati tre/
pidas. Sed quid magnum tu qui puluis es ⁊ nihil. si
propter deum te subdis homini. qñ ego omnipotẽs
⁊ altissimus qui cuncta creaui ex nihilo me hõi ꝓp/
ter te subieci humiliter. Factus sum omnium humili
mus ⁊ infimꝰ ut tuam superbiam mea humilitate vin
ceres. Disce obtẽperare puluis disce te humiliare ter
ra ⁊ limus ⁊ sub omnium pedibus incuruare. disce uo
luntates tuas frangere ⁊ ad omnium subiectionez te
dare. Exardesce contra te. nec patiaris tumorem in te
viuere. sed ita subiectum ⁊ parvulum te exhibe ut õ/
nes sup te ambulare possint. ⁊ sicut lutum platearum
conculcare. Quid habes hõ inanis oqueri? quid sor/
dide peccator potes ꝛtradicere exprobrantibꝰ tibi
qui totiens deũ offendisti. ⁊ totiẽs infernũ meruisti.
Sz pepcit tibi oculꝰ meus. quia p̃ciosa fuit aia tua ĩ
conspectu meo ut cognosceres dilectionem meam et
gratus semper beneficiis meis existeres ⁊ ad uerã sub
iectionẽ ⁊ humilitatẽ te iugiter dares. patienterq; ꝓ/
prium ꝛtemptum ferres.

De occultis dei iudicis ꝛsiderãdis ne extollamur
in bonis. Capi. xv.

Ꝛtonas sup me iudicia tua dñe ⁊ tiore ac trẽo/
re ocutis oia ossa mea. ⁊ expauescit aia mea nal

de. Sto attonitus ⁊ ꝑsidero quia celi nõ sunt mundi
in conspectu tuo. Si in angelis repperisti puritatem
nec tñ pepercisti. quid fiet de me? Ceciderũt stelle de
celo ⁊ ego puluis quid presumo? Quoꝝ opa uidebã
tur laudabilia ceciderunt ad infima. Et qui comede/
bant panem angelorum uidi siliquis delectari porco
rum. Nulla est ergo sanctitas si manũ tuã domine re
trahas. Nulla sapiẽtia ꝓdest si gubernare desistas.
Nulla iuuat fortitudo si ꝑseruare desinas. nulla secu
ra castitas. si eã nõ ꝓtegas. nulla ꝓpria ꝓdest custo
dia. si nõ adsit tua sacra uigilantia. Hã relicti mergi/
mur ⁊ perimꝰ. visitati uero uiuimꝰ ⁊ erigimur. Insta
biles quippe sumus ſ ꝑ te ꝑfirmamur. repescimꝰ ſ a
te accendimur O ꝯ humiliter ⁊ abiecte mihi de meip
so sentiendũ ē ꝯ nihilipendendũ si q̃d bõi uideor ha
bere. O ꝯ ꝓfunde me submittere debeo sub abissali/
bꝰ iudiciis tuis dñe. ubi nihil aliud me eẽ inuemo ꝯ
nihil ⁊ nihil. O põdꝰ ĩmẽsuꝝ o pelagꝰ ĩtransnatabile
ubi nihil de me reperio ꝯ ĩ toto nihil. Vbi ē ergo la
tebra glorie? ubi ꝑfidẽtia de gloria ꝓcepta? Absorp
ta omnis gloria uana in profunditate iudiciorꝝ tuo
rũ snp me. Quid ē oĩs caro in ꝑspectu tuo? Nunquid
gloriabit' lutũ ꝑtra formantẽ se? Quõ ꝑt erigi uanilo
quio. cuꝰ cor in ueritate subiectũ ē deo? Non eũ totꝰ
mundꝰ erigeret quẽ sibi subiecit ueritas. nec oĩm lau/
dantium ore mouebit' qui totam spem suam in deo
firmauit. Hã ⁊ ipi qui loquunt' ecce oẽs nihil. ⁊ defi/
cient cum sonitu uerborꝝ. Veritas autẽ domini manꝰ
in eternum.

Qualiter stãdũ sit ac dicẽdũ ĩ oĩ re desiderabili. c. xvi

Digitized by Google

Ili sic dicas in omni re Domine si tibi placitum fuerit fiat hoc ita Domine si sit honor tuus fiat in noie tuo hoc. Domine si mihi uideris expedire ⁊ utile eē ꝓbaueris. tunc da mihi hoc uti ad honorē tuum. sed si mihi nociuū fore cognoueris nec anime mee saluti prodesse auferā me tale desiderium. Nō enim omne desiderium sa spū sancto ē. etiā si hominī uideatur rectum aut bonum Difficile ē pro uero iudicare an spūs bonus aut alienꝰ te impellat ad desiderandū hoc uel illud. an etiā ex proprio mouearis spū Multi in fine sunt decepti qui primo bono spū uidebant inducti. Igit' semper cum timore dei ⁊ cordis humilitate desiderandū ē ⁊ petendum quicquid desiderabile menti occurrit. maximeq; cum ꝓpria resignatiōe mihi totum omittendū ē atq; dicendum. Dñe tu scis qualiter meliꝰ est. Fac hoc uel illud sicut uolueris. Da quod vis ⁊ quantum vis ⁊ quando vis. Fac mecuz sicut scis ⁊ sicut tibi magis placuerit ⁊ maior honor tuus fuerit. Pone me ubi vis ⁊ libere age mecū in omnibus. In manu tua ego sum. gira ⁊ reuersa me per circuitum. En ego seruus tuus paratꝰ ad oia. qm̄ nō desidero mihi viuere sed tibi vtinam digne ⁊ perfecte.

Oro pro bnplacito dei perficiēdo. Ca. xvii.

Oncede mihi benignissime ihū grām tuā ut mecum sit ⁊ mecum laboret mecūq; usq; in finem p seueret. Da mihi semper desiderare ⁊ velle quod tibi magis acceptum ⁊ carius placet. Tua voluntas mea sit ⁊ mea uolūtas tuā sequat'. semper ⁊ optime ei ocorder Sit mihi vnum uelle ⁊ nolle tecū nec aliud posse

velle aut nolle nisi quod uis ⁊ nolis. Da mihi omni
bus mori que in mundo sunt. ⁊ propter te amare cõ
temni ⁊ nesciri ĩ hoc seculo. Da mihi super omnia de
siderata in te quiescere ⁊ cor meum in te pacificare.
Tu uera pax cordis. tu sola requies. extra te oĩa sunt
dura ⁊ inquieta. In hac pace in idipsum. hoc est in te
uno summo ⁊ eterno bono dormiã ⁊ requiescã amẽ.

Q̃ uerꝰ solaciũ in solo deo ẽ querendũ .ca. xviii.

Vicquid desiderare uel cogitare possum ad so
lacium meũ non hic expecto ſ̃ in posterꝰ. Q̃ si
omnia solacia mundi solus haberem ⁊ omnibꝰ deliti
is frui possem. certum est q̃ diu durare non possent.
Vnde non poteris anima mea plene consolari nec p/
fecte recreari nisi in deo consolatore pauperꝰ ⁊ susce
ptore humilium. Expecta modicum anima mea ex/
pecta diuinum promissum. ⁊ habebis abundantiam
omnium bonorum in celo. Si nimis inordinate ista
appetis presentia perdes eterna ⁊ celestia. Sunt tẽpo
ralia in vsu. eterna in desiderio. Non potes aliquo
bono temporali saciari. quia ad hec fruenda non es
creata. Etiam si oĩa bona creata haberes non posses
ẽ felix ⁊ btã. sed ĩ deo q̃ cũcta creauit. tua beatitudo
tua ⁊ felicitas consistit. non qualis uidet ⁊ laudat a
stultis mundi amatoribus. sed qualem expectant bo
ni xp̃ifideles ⁊ pregustant interdum spũales. ac mun
di corde. quorum conuersatio ẽ in celis. Vanum est ⁊
breue omne humanũ solacium. Beatum ⁊ verum so/
lacium quod intus a ueritate percipit. Deuotus hõ
ubiq̃ secum fert cõsolatorem suũ ihũ. ⁊ dicit ad eum

Adesto mihi dñe ihū in omni loco ⁊ tpe. Nec mihi sit cōsolatio libenter uelle carere omni humano solacio Et si tua defuerit consolatio. sit mihi tua uoluntas ⁊ iusta probatio pro summo solacio. Non enim in perpetuum irasceris neq; in eternum comminaberis.

Q; omnis sollicitudo in deo ponēda est. Ca. xix

Fili sine me tecum agere quod uolo. ego scio qd expediat tibi. Tu cogitas ut homo. i multis sentis sicut tibi humanꝰ suadet affectus. Dñe uerꝫ ē qd dicis. Maior est sollicitudo tua pro me q̄ ois cura quam ego possum gerere pro me Nimis enim casualiter stat qui non proiicit omnem sollicitudinē suam in te. Domine dummodo uoluntas mea recta ⁊ firma ad te permaneat fac de me quicquid tibi placuerit. Non enim potest eē nisi bonum quicquid de me feceris. Si me vis eē in tenebris sis benedictꝰ. ⁊ si me vis eē in luce sis iterum benedictus. Si me dignaris consolari sis benedictus. ⁊ si me vis tribulari eque sis benedictus semper. Fili sic oportet te stare si mecum desideras ambulare. Ita promptus debes eē ad patiēdum sicut ad gaudendum. Ita libenter debes esse inops ⁊ pauper sicut plenꝰ ⁊ diues. Dñe libenter patiar pro te quicquid volueris venire super me. Indifferenter volo de manu tua bonū ⁊ malū. dulce ⁊ amarum. letum ⁊ triste suscipere. ⁊ p omnibꝰ mihi cōtingentibꝰ gratias agere. Custodi me ab omni peccato ⁊ non timebo mortem nec infernū. dummō in eternuꝫ me non proiicias. nec deleas me de libro uite. nō mihi nocebit quicquid uenerit tribulationis super me.

Q; temporales miserie xpi exemplo equanimiter
sunt ferende. Capi·xx·

Ili ego descendi de celo ꝓ tua salute· suscepi tu
as miserias non necessitate sed caritate trabente
ut patientiam disceres ⁊ temporales miserias non in
dignanter ferres· Nam ab hora ortꝰ mei usq; ad exi/
tum in cruce nõ defuit mihi tollerãtia doloris· Defec
tum rerum tpaliũ magnum habui· multas querimo/
nias de me frequenter audiui· ꝟfusiões ⁊ obprobria
benigne sustinui· pro bñficiis ingratitudinẽ recepi ꝓ
miraculis blasphemias· pro doctrina reprehensiões
Dñe qꝛ fuisti patiẽs in uita tua ĩ hoc maxime implen
do preceptũ patris tui· dignum ẽ ut ego miserrimus
peccator ꝟm uoluntatem tuã patienter me sustineam
⁊ donec ipse volueris onꝰ corruptibilis uite pro salu
te mea portem· Nã ⁊ si onerosa sentit pñs uita facta
est tñiã per grãm tuã ualde meritoria atq; exemplo
tuo ⁊ sanctoꝝ tuoꝝ uestigiis infirmis tollerabilior ⁊
clarior· ſz ⁊ multomagis ꝟsolatoria q̃ oliz in lege ue
teri fuerat cum porta celi clausa persisteret· ⁊ obscuri
or etiã uia uidebat quãdo tam pauci regnum celorũ
querere curabant· sed neq; qui tunc iusti erãt ⁊ saluan
di ante passionem tuã et sacre mortis debitum celeste
regnum poterãt introire· O q̃tas tibi grãs teneor re/
ferre ꝙ rectam ⁊ bonam uiam dignatus es mihi ⁊ cũ
ctis fidelibus ad eternum regnum tuum ostendere·
Nam uita tua uia nostra. ⁊ per sanctam patientiam
ambulamꝰ ad te qui es corona nr̃a· Nisi tu nos p̃cesſ
sisses ⁊ docuisses quis sequi curaret? Heu quãti lõge
retroq; manerẽt nisi tua p̃clara exẽpla ĩspicerẽt· Ecce

Digitized by Google

adhuc tepescimꝰ auditis tot signis tuis ⁊ doctrīs qd
fieret si tantū lumē ad sequendū te nō haberemus

De collerantia iniuriarum ⁊ quis verus patiēs ꝓ
betur. Capi. xxi

Vid ē quod loqueris fili? Cessa oqueri. consi/
dera meā ⁊ aliorum scōꝝ passionē. Hondū vs/
q̄ ad sanguinē resticisti. Paꝝ ē quod tu pateris ī cō
paratione eoꝝ qui tam multa passi sunt. tam fortiter
temptati. tam grauiter tribulati. tā multipliciter ꝓba
ti ⁊ exercitati. Oportet te igit̄ aliorꝝ graniora ad mē
tem reducere ut leuiꝰ feras tua minima. Et si tibi mini
ma nō uident̄ uide ne ⁊ hoc tua faciat impatientia.
Siue tamē parua siue magna sint. stude cūcta patien
ter ferre. Quāto meliꝰ te ad patiendū disponis tanto
sapientiꝰ agis. ⁊ āpliꝰ promereris ⁊ feres leuiꝰ aīo et
usu ad hoc nō segniter paratis. Hec dicas nō valeo
hoc ab hoīe tali pati nec huiuscemōi mihi patienda
sunt graue eīm itulit dānū ⁊ īproperat mihi q̄ nunq̄
cogitauerā. sꝫ ab alio libēter patiar ⁊ sicut patiēda ui
dero. Insipiēs ē talis cogitatio q̄ uirtutē patiētie nō
cōsiderat. nec a quo coronāda erit. sꝫ magis ꝑsonas
⁊ offensas sibi illatas ppēdit. Hō ē uerꝰ patiēs q nō
uult pati nisi q̄tū sibi uisum fuerit ⁊ a quo sibi placu
erit. Verꝰ āt patiēs nō attēdit a quo hoīe. utꝝ a pla
co suo an ab aliquo eq̄li aut inferiori. utꝝ a scō ⁊ bo
no uiro l' a puerso ⁊ īdigno exerceat' sꝫ īdifferēter ab
oī creatura q̄tūcūq̄ ⁊ quotiēscūq̄ ei aliqd aduersi ac
ciderit totū hoc gratāter ō mānu dei accipit ⁊ īgēs lu/
cꝝ rputat qꝰ nihil apō deū q̄tūlibꝫ puū ꝓ ōo tū pas
suꝫ poterit sine merito trāsir̄. esto igit̄ expeditꝰ ad pug

Digitized by Google

nam. si vis habere victoriam. Sine certamine nõ poteris uenire ad patientie coronam. Si pati non vis recusas coronari. si autem coronari desideras certa uiriliter. sustine patienter. Sine labore nõ tẗdit' ad requiem. nec sine pugna peruenit' ad victoriã. Fac mihi domine possibile ꝑ grãm quod mihi impossibile videtur per naturam. Tu scis q̃ modicum possum pati et q̃ cito deficior leui exurgente aduersitate. Efficiatur mihi quelibet exercitatio tribulationis pro noĩe tuo amabilis ⁊ optabilis. nã pati ⁊ uexari ꝓ te ualde salubre ẽ aĩe mee.

De ofessione proprie infirmitatis ⁊ huius uite miseriis. Capi. xxii.

Onfiteor aduersum me iniusticiaꝫ meã. ofitebor tibi oñe infirmitatẗ meã. Sepe pua res ẽ q̃ me ẽ iicit ⁊ otristat. Propono me fortiter actuꝫ sꝫ cũ modica temptatio uenerit magna fit mihi angustia Valde vilis quãdoq̃ res vñ grauis tẗptatio ꝓuenit. ⁊ dũ puto me aliquãtulũ tutũ cum nõ sentio iuenio me nõ nunq̃ pene deuictum ex leui flatu Vide ergo domĩe humilitatẗ meã ⁊ fragilitatẗ tibi undiq̃ notã. Miserere mei ⁊ eripe me de luto ut nõ infigar. nõ pmaneaꝫ deuictus usquequaq̃. Hoc ẽ q̃ me frequenter reuerberat ⁊ coram te ofundit q̃ tam labilis suꝫ ⁊ infirm⁹ ad resistendũ passionib⁹. ⁊ si nõ oio ad ofensionẽ trahit tñ mihi eriã molesta ⁊ grauis ẽ eoꝫ inuectatio. et tedet ualde sic quotidie uiuere in lite. ex hinc nota fit mihi ĩfirmitas mea. qꝫ multo facili⁹ irruũt abbominãde semp fãtasie q̃ descẽdũt Vtinã fortissime deꝰ israhel zelator aiaꝫ fideliũ ĩspicias ꝯ tui laborẽ assi

stasq; illi in omnibus ad quecunq; perrexerit. Robo/
ra me celesti fortitudine. neq; vetus homo misera ca/
ro spiritui necdũ plene subiecta ualeat dominari ad
uersꝰ quam certare oportebit q̃diu spirat in hac vi/
ta miserrima. Heu qualis est hec uita ubi non desunt
tribulationes ⁊ miserie. ubi plena laqueis ⁊ hostibus
sunt omnia. Hã una tribulatiõe seu temptatione re/
cedẽte alia accedit. sed adhuc priore durãte oflictu. a
lii plures superueniũt ⁊ ĩsperate. Et quõ põt amari
uita hũs tantas amaritudines ⁊ tot subiecta calami
tatibus ⁊ miseriis? Quomodo etiam dicit uita. tot ge
nerans mortes ⁊ pestes. ⁊ tñ amat ⁊ delectari in ea a
multis querit? Reprehendit frequenter mundus q̃
fallax sit ⁊ vanus. nec tñ facile relinquit cum ocupis
centie carnis dominant. Sed alia trahunt ad aman/
dum. alia ad contemnendum. Trahunt ad amorẽ mũ
di desiderium carnis. desiderium oculorum. ⁊ super/
bia vite. sed pene ac miserie sequentes ea odium mun
di pariunt ⁊ tedium. Sed vinat proh dolor delecta
tio praua mentẽ mũdo deditã ⁊ eẽ sub sensibꝰ delici/
as reputat. quia dei suauitatẽ ⁊ internã uirtutis ame/
nitatem? nec uidit nec gustauit. Qui aũt mundũ perfe
cte contemnũt ⁊ deo uiuere sub sancta disciplina stu
dent. isti diuinam dulcedinem ueris abrenunciatori/
bꝰ promissam nõ ignorãt. ⁊ q̃ grauiter mundꝰ errat
⁊ uarie fallit uident.

Q̃ in deo super omnia bona ⁊ dona requiescen/
dum est. Capi. xxiii

Vp oia ⁊ in omnibꝰ requiesce aĩa mea ĩ dño sp.
q̃ ipe ẽ scõr eterna reqes Da mihi dulcissime ⁊

amantissime ibū in te super omnem creaturam requi/
escere·super omnem salutem ⁊ pulchricudinem· super
omnem gloriam ⁊ bonorem·super omnem potenciaz
⁊ dignitatem·sup omnem scientiā ⁊ subtilitatē·sup ō/
nes diuitias ⁊ artes·super omnem leticiam ⁊ exultati
onem·super omnem famam ⁊ laudem· super omnem
suauitatē ⁊ ꝓsolationem. super omnem spem ⁊ ꝓmis
sionem·super omne meritum ⁊ desiderium super om/
nia dona ⁊ munera que potes dare ⁊ infundere·super
omne gaudium ⁊ iubilationem quam potest mens ca
pere ⁊ sentire·Deniq; super omnes angelos ⁊ archan
gelos·⁊ super omnem exercitium celi. super omnia ui
sibilia ⁊ inuisibilia·⁊ super omne quod tu deus meus
nō es quia tu deus meus super omnia optimus es·
tu solus altissimus· tu solus potentissimꝰ·tu solꝰ suf
ficientissimꝰ ⁊ plenissimus·tu solus suauissimꝰ ⁊ sola
ciosissimus·tu solus pulcherrimꝰ ⁊ amantissimus · tu
solus nobilissimus ⁊ gloriosissimus super oia·in quo
cuncta bona simul perfecte sunt fuerunt ⁊ erunt· atq;
ideo minus est ⁊ insufficiens quicquid preter teipsuz
mihi donas ac de teipso reuelas·vel promittis te nō
viso nec plene adepto·Cū quidem nō potest cor me
um ueraciter requiescere nec totaliter contentari nisi ī
te requiescat·et omnia dona omnemq; creaturam trās
cendat· O mi dilectissime sponse ihesu xpe amator
purissime dominator vniuerse creature quis mihi det
pennas vere libertatis ad volandum ⁊ pausandum
in te ·. O quando ad plenum dabitur vacare mihi
et videre q̄z suauis es domine deus meus · Quan/
do ad plenum recolligam me in te·vt pre amore tuo

Digitized by Google

non sentiam me sed te solum super omnē sensuz ⁊ mo
dū·in mō nō oīb9 noto· Nunc aūt frequenter gemo
⁊ infelicitatem meā cū dolore porto. quia multa ma/
la in hac valle miseriaz occurrunt q̄ me sepius cōtur
bant ꝛistant ⁊ obnubilant sepius impediunt ⁊ di/
strahunt alliciunt ⁊ implicant ne liberum habeam ac
cessum ad te·⁊ ne iocundis fruar amplexib9 presto
semp beatis spiritib9· Moueat te suspiriuz meū ⁊ de
solatio multiplex in terra·O ibū splēdor eterne glo/
rie·solamē peregrinātis aīe·apud te ē os meū sine uo
ce·⁊ silencium meuz loquit tibi· Vsquequo tardat ue
nire dñs meus· veniat ad me pauperculum suū ⁊ letū
Faciat· Mittat manum suam ⁊ me miseꝛ eripiat de ō
ni angustia. Veni veni quia sine te nulla erit quieta
dies aut hora·quia tu letcia mea·⁊ sine te uacua ē mē
sa mea· Miser sum ⁊ quodāmodo incarceratus ⁊ ope
dibus grauatus·donec luce p̄sentie tue me refitias ac
libertati dones·vultūq amicabilē demonstres· Gue
rāt alii pro te aliud quodcūq libuerit·⁊ mihi aliud ī
terim nil placet nec placebit nisi tu de9 me9 spes mea
salus eterna· Non reticebo nec deprecari cessabo do/
nec gracia tua reuertat· mihiq tu intus loquaris·ec
ce adsuz· Ecce ego ad te quia iuocasti me. lacrime tue
⁊ desideriū anime tue humiliatio tua ⁊ ꝛitiuo cordis
inclinauerūt me ⁊ adduxerunt ad te· Et dixi dñe iuo
caui te ⁊ desideraui frui te·parat9 oīa respuere ꝓpter
te· Tu enim prior excitasti me ut quererē te· Sis ergo
bēdict9 dñe q̄ fecisti hāc bonitatē cū seruo tuo ſm mul
titudinē misericordie tue Quid habet ultra dicere do
mine seruus tuus coram te·nisi humiliet se ualde ante

